UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm CII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

§. pen. in auth. quibus modis naturales efficiātur ſui. Et non dicitur per huiuſmodi poteſtatem cōceſſum, niſi illud, ꝙ expreſsè à principe conceſſum reperitur, ut notabiliter declarant Moder. in d.c. per uenerabilē: ergo niſi comiti fuerit conceſſa poteſtas, ut baſtardos poſſit ēt ad bona emphyteotica legitimare, profectò id nō poterit, & ad talia bona legitimatio ſua nō extendetur, arg. l. multum. C. ſi quis alte. uel ſibi. & c. cū ſuper abbatia. de offic. deleg. Sed in caſu noſtro ultra ꝙ prætenſa ſoror titij non fuit ſpecialiter, & expreſsè legitimata, ut ēt in emphyteoſi eccleſiæ ſuccedere poſſit, ēt comes qui eā legitimauit, non habuit ptātem legitimandi ad bona eccleſiæ, nec in ſuo priuilegio iſtud ſibi fuiſſe conceſſum reperitur, ergo uera eſt ꝯcluſio tradita, ꝙ huic ſorori ius dictam renouationem petendi non cōpetit, & Sempronius ī emphyteoſis, de qua agitur, eſt illi ꝑferēdus. Laus Deo.

## SVMMAE.

*Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ad heredes etiam extraneos tranſit.*

*Contra nu. 6. & nu. 14. ubi, quid illud uerbum ſucceſſoribus ultra uerbum hæredibus operetur: niſi pro omnibus, & quibuſcūque ſucceſſoribus dictum eſſet, nu. 15.*

*Idem, ſi pro hæredibus ſimpliciter: ac etiam quando pro heredibus in perpetuum conceſſa fuit, nu. 5. contra nu. 6. & 16.*

*Et uerbum illud in perpetuum, quomodo intelligatur.*

*Eccleſiæ res totaliter quoad utrumque dominium, & utranque poſſeſſionē, interuenientibus iuſtis cauſis, et ſolemnitatibus, alienari permittitur.*

4 *Ita, & magis in emphyteoſim concedi, ut perpetuo ad hæredes ēt extraneos tranſeat; & in quo caſu hoc uerum ſit, nu. 7. & nu. 17. ubi declaratur.*

8 *Verbum hæredes in cōceßione rei eccleſiæ poſitum comprehendit ſolum deſcendentes, & non extraneos heredes, niſi ſignum uniuerſale omnes eſſet illi adiectum.*

9 *Idem in conceßione rei eccleſiæ in emphyteoſim datæ, & nu. 33.*

0 *Conditio, ſi deceſſerit ſine hærede, intelligitur ſine deſcendente.*

1 *Emphyteoſis eccleſię conceßa pro ſe, & heredibus ſuis propter illud pronomen ſuis, intelligitur conceſſa ſolum deſcendentibus, & heredibus ſanguinis.*

2 *Emphyteoſis eccleſiæ regulariter ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit, & in hoc, quando fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus, non eſt differentia inter eccleſiam Conſtantinopolitanam, & alias eccleſias, & num. 33.*

3 *Secus eſt in emphyteoſi priuati.*

8 *Item ſecus, niſi ex pacto, & expreſsè emphyteoſis eccleſiæ etiam pro hæredibus extraneis conceſſa eſſet.*

9 *Argumentum de totali alienatione rei eccleſię ad conceßionem emphyteoſis ad effectum, ut in hæredes etiam extraneos ſit trāſitoria, non procedit.*

0 *Tex. in §. licentiam. in auth. de alien. & emphyt. declaratur, & illius diſpoſitionem eſſe nullam, oſtenditur.*

1 *Diſpoſitio §. emphyteoſim. in authen. de non alien. à iure canonico recepta.*

3 *Verbum perpetuum uarijs modis ſecundum ſubiectam materiam capitur.*

4 *Emphyteoſis eccleſiæ propter lineam finitam abſque facto, & ſententia iudicis ad eccleſiam reuertitur quoad dominium, & ius emphyteoticum, ſed non quoad poſſeßionē, quę factū requirit.*

5 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & heredibus, & ſucceßoribus ſuis in perpetuum, comprehendit quoque filias fœminas ēt neptas, quę, ſtāte ſtatuto loci fœminarum propter maſculos excluſiuo, non poſſunt admitti, niſi maſculis non extantibus, & finita linea maſculorum emphyteotæ propter obitum ultimi emphyteotę ſine filiis defuncti, ſi adhuc ſuperſint deſcendentes per lineam fœmininam prioris emphyteotæ, emphyteoſis non dicitur finita, nec ad eccleſiam reuerſa, ſed ipſi deſcendentes per lineam fœmininam ad eam admitti debent.*

6 *Emphyteoſis eccleſiæ finita propter lineam finitam eſt agnatis emphyteotę concedenda, & renouanda, & ſi eccleſia alios uellet inueſtire, agnati poſſunt appellare.*

*Et quando, & in quibus agnatis hoc procedat, nu. 29. 30. & 31.*

27 *Quod uerum eſt, ſi eſſent ab ultimo emphyteota hæredes inſtituti, aliàs extranei heredes inſtituti ipſis agnatis, & proximioribus pręferentur.*

*Limitatur hoc non procedere in emphyteoſi eccleſiæ, nu. 35.*

28 *Emphyteoſi finita propter lineam finitam, eccleſia poteſt filiam primi emphyteotę inueſtire, excluſis hæredibus emphyteotæ.*

31 *Emphtyeoſis eccleſiæ, & emphyteoſis priuati differunt in eo, an finita linea ad dominum reuertatur ita, quòd poßit eam pro ſe retinere, uel agnatis, aut cuilibet concedere debeat.*

32 *Emphyteoſi ob delictum, & commiſſum emphyteotæ finita, & ad dominum reuerſa hæredes, & proximiores illius renouationem ſibi fieri petere non poſſunt.*

33 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura ſolum ad filios, & deſcendentes, nō aūt ad extraneos hæredes tranſit, & ſupra, nu. 9. & 12.*

34 *Renouationis petēdæ ius in emphyteoſi eccleſiaſtica finita ob lineā finitā non competit uſufructuario, cui etiam rei emphyteoticę ab ultimo emphyteota relictus eßet uſusfructus, nec hæredibus etiam extraneis, aut proximioribus agnatis tranſuerſalibus ipſius emphyteotæ.*

36 *Interdictum uti poſſidetis eſt iudicium duplex, & datur ēt poſſeßori contra inquietantem, ac turbantem ipſum in ſua poſſeſſione.*

37 *Emphyteoſi finita, ſi emphſiteota, uel hæres eius, uel alius tāquam emphyteota uelit in naturali poſſeſſione rei emphyteoticæ inſiſtere, contra illum domino, uel habenti cauſam ab eo interdictum uti poſſidetis competit.*

38 *Et hoc in caſu hmōi interdictum habet ēt effectum reſtitutorium.*

39 *At ſi dominus etiam ſua ciuili poßeſſione ſpoliatus eßet, interdictum unde ui competeret.*

40 *Vſufructuario, cui etiam rei emphyteoticæ uſusfructus relictus fuit, & qui naturalem rei illius poſſeßionem poſt mortē emphyteotæ fuit adeptus, ſi ratione ſuæ poßeſſionis naturalis ipſum moleſtari contingat, competit interdictum uti poßidetis cōtra quemlibet turbantem, & moleſtantem, etiam ſi eſſet dominus, qui rem ciuiliter poſſideret.*

*Contra nu. 53. ubi declaratur.*

41 *Quid ſi poſt mortē emphyteotæ ſoluit domino pēſiones per emphyteotā debitas, & dominus illas ſimpliciter receperit, et nu. 56.*

42 *Ingreßus poſſeſſionem uacantem abſque dolo illam ſine uitio acquirit, nec poteſt in ea moleſtari, alioquin ipſi contra moleſtantem interdictum uti poſſidetis competit.*

43 *Emphyteoſi per mortē ultimi emphyteotæ finita, uſufructuarius, uel hæres emphyteotæ naturalē rei emphyteoticæ poſſeſſionē uacantem apprehendere non poteſt, aliàs tanquam clàm à domino poſſidet, & illum in ſua ciuili poſſeſſione turbat adeò, ut dominus, uel ab eo cauſam habēs ī interdicto uti poſſidetis cōtra uſufructuarium, & hæredem prædictum obtinere debeant, ut naturalem poſſeſsionem reſtituāt, et ab illa moleſtatione deſiſtāt.*

44 *Ingreſſus poſſeſsionem naturalem abſentis uacantem, clā dicitur poſsidere, & ipſum abſentem in ſua ciuili poſſeſsione turbare, adeò quòd cōtra illū interdictum uti poſsidetis abſenti cōpetit.*

45 *Conductor, finita locatione, denegans rem locatam reſtituere iuris remedijs illam reſtituere compellitur, ac etiam punitur.*

46 *Ingrediens poſſeſsionem uacantem, quam ad ſe nō pertinere ſciat, uel ſcire debeat, illam reſtituere tenetur.*

47 *Et ſi iuſtis rationibus ad ſe ſpectare crediderit, quo remedio ad illius reſtitutionem tenebitur.*

48 *Emphyteoſi finita, dominus, uel ab eo cauſam haberes poteſt propria auctoritate illius poſſeſsionem adipiſci, & ui expellere illum, qui naturalem eius poſſeſſionem fuit ingreſſus.*

49 *Abſque eo, quod is dictam naturalem poſſeſſionem per aliquod iuris remedium poſſidere poſsit.*

50 *Expellere propria auctoritate ingreßum ui, ſeu clàm poſſeſsionem quando liceat, & quando non.*

51 *Vſufructuarius, finito uſufructu, quare non poſsit à domino propria auctoritate eiici, & ſecus ſit in emphyteoſi finita.*

52 *Eccleſia, ſiue dominus rem alicui in emphyteoſim concedens & in inſtrumento conceſsionis ſe illius nomine poſsidere conſtituens, transfert in eum illam poſſeſsionem, quæ tunc penes ipſum repериebatur, & ſi naturalis tūc penes aliū erat per cōſtitutum huiuſmodi*

*iuſmodi cenſetur data emphyteotæ licentia, & poteſtas illam apprehendi, & à quocunque eam habente omni remedio eccleſiæ, & domino competenti acquirendi.*

53 *Iniuſtè poſsidens debet in poſſeſſorio retinendæ obtinere, dummodo clam, ui, uel precario ab aduerſario non poſsideat.*

54 *Vſufructus rei emphyteoticæ, finita emphyteoſi, dicitur finitus, & uſufructuarius poſtea uolens in naturali poſſeſſione rei inſiſtere dominum turbat, & ab eo ui, & clam poſsidere dicitur.*

55 *Vſusfructus omnium bonorum ſimpliciter relictus non comprehēdit rem emphyteoticam, maximè ſi poſt mortem alicuius, ob quam emphyteoſis finiri diceretur, uſusfructus eſſet relictus.*

56 *Emphyteoſi finita, ſi eccleſia, & dominus penſiones ab hærede ultimi emphyteotæ ſimpliciter receperit, quid huiuſmodi ſolutio, et receptio operentur.*

57 *Quid in ſyndico, & prælato eccleſiæ ſimpliciter, ac etiam ſcienter dictas penſiones recipiente, an eccleſiæ, & iuri ſibi acquiſito potuerint præiudicare.*

58 *Emphyteota alienans rem emphyteoticam irrequiſita eccleſia, & abſque ſaluatione iurium ipſius eccleſiæ cadit ab emphyteoſi, etiam ſi eius partem tantum alienaßet.*

59 *Et multo magis, ſi non ut emphyteota, & tanquam rem emphyteoticam, ſed ut plenus dominus, & tanquam rē ſuam alienaſſet.*

60 *Et alienando rem ſimpliciter in dubio cenſetur in totum, & pleno iure alienare, non autem ſolum ius, quod ipſe in re habet.*

61 *Et alienando pro parte tantum, an ab illa parte ſolum, an uerò in totum cadat.*

62 *Emphyteoſi finita propter lineam deſcendentium finitam, & ſic ipſo iure ad dominum reuerſa, emphyteota, ſeu eius hæredes propter melioramenta facta non poſſunt rem emphyteoticam retinere, ſed à domino melioramenta petere debent.*

## EPITOME.

Emphyteoſis eccleſiæ cōceſſa pro ſe, & hęredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum intelligitur conceſſa ſolū pro hæredibus ſanguinis, & deſcēdētibus.

Et de ijs pōt intelligi, qui de iure tàm ciuili, quàm p̄torio poſſunt ſuccedere, adeò ut ad fœminas quoque, & p lineā fœmininā deſcendētes trāſire ualeat.

Et ſtāte ſtatuto loci fœminarū pp maſculos excluſiuo, ſi maſculorū linea p obitū ultimi emphyteotæ ſine filijs defuncti ſit finita, & ſupſint deſcēdētes per lineā fœmininā prioris emphyteotæ, dici pōt, emphyteoſim prædictam nō eſſe finitā, & ad eccleſiā reuerſam, ſed deſcendentes p̄dictos per lineam fœmininā tanquā poſt maſculos uocatos ad eā admitti debere.

Emphyteoſis eccleſię cōceſſa, ut ſupra, pro ſe, & hę hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in ppetū ſi finita ſit, & ad eccleſiā reuerſa pp lineam deſcendentiū maſculorū finitā, ſuperſtitibus uſufructuario relicto ab ultimo emphyteota, nec non agnatis illius trāſuerſalibus, & hæredibus extraneis inſtitutis, nec nō filia prioris emphyteotæ, ac ēt lōgè proximiore ultimi emphyteotæ, qui omnes renouationem dictæ emphyteoſis petant, ꝙ eccleſia omnibus alijs excluſis dictam filiā, eiusq; filios ualidè, & rectè reinueſtiuerit, demōſtrat.

Emphyteoſi finita, ſi hæres, uel uſufructuarius ultimi emphyteotæ rei emphyteoticæ poſſeſſionē naturalem apprehendens in ea inſiſtat, dominū in ſua ciuili poſſeſſione turbat, & ppea aduerſus illū domino, ſeu alteri cauſam à dn̄o habenti interdictū uti poſſidetis competit, ut is dictā naturalē poſſeſſionē reſtituat, & à moleſtatione, & perturbatione deſiſtat, in quo dominus ipſe, & ab eo cauſam habens, non autē hæres, uel uſufructuarius prędictus obtinere debet.

## CONSILIVM CII.

QVATVOR ſunt dubia in pn̄ti cā principaliter diſcutienda. Primum eſt, an ex conceſſionibus diuerſimodè factis p eccleſiā de re emphyteotica ipſa emphyteoſis ſit ad hr̄des extraneos tranſitoria. Secundum eſt, poſito
emphyteoſim prædictā nō eſſe ad hæredes
tranſitoriā, an cenſeatur finita, & ad eccleſi
ta p obitū Pauliantonii iunioris ſeu Ioā
eius filij, qui in infantili ætate deceſſit. Te
to, ꝙ emphyteoſis ſit finita, & ad eccleſiā
an eccleſia rē illā, cui uoluerit, in emphyt
dere potuerit, & an de iure magis dn̄æ Lu
olim Leornardi primi emphyteotæ; & Ca
nibali filijs dictæ dn̄æ Lucretiæ, quàm hæ
traneis dicti Pauliantonij iunioris, ſeu Io
ſci ultimo loco defuncti illā de nouo co
buerit. Quartū eſt, qs debeat obtinere in
ſeſſorii retinendæ, & ſic in interdicto uti
tentato ſup poſſeſſione dictæ rei emphyt
p̄ſatā dn̄am Lucretiā, & Carolū, ac Hāni
& inter hæredes teſtamentarios dicti Pau
nioris, ac illius uxorē relictā uſufructuari
tera. ¶ Redeo ad primū dubiū, in quo prim
vr̄ de iure cōcludendū, ꝙ emphyteoſis ab
ceſſa in caſu nr̄o ſui natura ſit ad quoſcun
ēt extraneos tranſitoria: nam attenta prim
ne facta Leonardo de Caſtello, q̄ fuit facta
hæredibus, & ſucceſſoribus, ita vr̄ eſſe con
1 † qm̄ licet dubiū ſit inter doctores, qn̄
eccleſiæ fuit pro ſe, & hæredibus ſimpliciter
an ſui natura ſit ad hæredes extraneos tran
hr̄ p doctores in l. ēt. ff. ſolut. matr. in l. ſi pa
trebellianū, & in c. in p̄ſentia. de probatio
Bar. in l. quod dr̄. ff. de uerb. obl. & infra lat
tamē quando reperitur facta pro ſe, hæred
ceſſoribus, doctores vident̄ cōcludere, q
des extraneos trāſeat ad hoc, ut illud uer
ribus aliquid operetur ultra uerbū hæred
luit Salic. in l. 2. qō. 20. C. de iure emphy
quādo. in princip. ff. de leg. 1. & l. in cōuen
de uerb. ſign. facit ēt id, quod notabiliter
in c. 1. in prin. in pē. col. de prohib. feu. alie
& in c. 1. §. donare. col. 2. qualiter feud. oli
na. & per eundē Bal. in l. 1. qō. 30. ff. de re
ubi uoluit, ꝙ conceſſio pro ſe, & quibuſcu
ſoribus dicitur tranſitoria etiam ad ſingula
ſores, & ſic ad quoſcunq; extraneos, & leg
2 gumēto, d. l. ī cōuētionibus. ¶ Præterea &
quo in caſu noſtro facta fuit cōceſſio in e
ſim ultimo loco, & pluribus uicibus p ſe, &
uidetur, ꝙ ad oēs hæredes, & ſic ad extrane
ſeat, qa hæredū appellatione extranei quo
duntur, q in uniuerſum ius ſuccedūt. l. hære
redis appellatio. l. hęredis appellatione. & l.
de uerb. ſign. l. in annalibus. C. de legat. Ba
lus. §. ēt. ff. de liber. & poſthum. & quamuis
ctores tenuerint, ꝙ quando emphyteoſis ec
conceſſa pro ſe, & hęredibus, intelligatur ſo
ceſſa liberis, & deſcendentibus, non aūt ex
redibus, tamē uerior illa opinio uidetur, q
redes extraneos trāſeat per textum in §. lice
then. de alie. & emphyteo. ubi gl. hoc tenet,
phyteoſim. in auth. de non alienan. ibiq; ho
Ang. poſt Iacobū de Beluiſ. gl. in auth. ſi qu
C. de ſacroſanctis eccleſ. & ibi Cy. Pet. Ba
auth. perpetua. C. eo. tit. Spec. in titu. de loc
uerò aliqua. uerſ. 102. & 105. Bal. in l. 1. in q
de iure emphyteotico, Abb. & Imo. in cap.
tia extra de probationibns, ubi Felinus ha
3 nē in puncto iuris ueriorē eſſe dicit. Et † p
ſi res eccleſię totaliter alienari permittitur
trunque dominium, & utranq; poſſeſſionem
nientibus cauſis iuſtis, & ſolemnitatibus,
in sūma 12. qō. 2. & ibi ī c. ſine exceptione.
4 ibi no. de rebus eccleſiæ nō alienan. cū

fortiori, uel ſaltem pariter in emphyteoſim concedi
poterit, ut perpetuo etiam ad hæredes extraneos tran
ſeat, quia eccleſia per conceſſionē in emphyteoſim mi
nus lædi dicitur, q̄ per totalem alienationē, cum ec-
cleſiæ in re emphyteotica dominiū directū, & ciuilis
poſſeſſio reſeruētur, iuxta no. in l. ſi ut certo. §. ſi duo
bus vehiculum. ff. cōmod. & per Bal & Moder. in rub.
& in l. 1. C. de iure emphyteo. Itē ipſi eccleſiæ annua-
tim pro uſu rei, ſeu in recognitionem directi dominii
emphyteota certam penſionem ſoluere tenetur. c. po
nit. de loca. & §. adeò. inſtit. de loca. & conduct. cum
ſimilibus. & hæc fuit ratio do. Antonii, & aliorum in
d. c. in præſentia. Præterea tex. in d. §. licentiam. q hoc
probat, & diſponit, non reperitur nec per ius canoni-
cum, nec p aliud ius ciuile, ut per d. §. emphyteoſim,
improbatus, neque correctus, ergo ſtare non prohi-
betur, argu. l. ſancimus. C. de teſta. & l. præcipimus. C.
de appellat. Rurſus † ex quo conceſſio ab eccleſia fuit
in perpetuū facta pro heredibus, debet intelligi, ut ſit
ad quoſcunq; hæredes tranſitoria, quia uerbū perpe-
tuum in hac materia exponitur, hoc eſt ad quoſcun-
que tranſitoriū arg. tex. in §. vlti. & in §. neque illud. in
authen. de nō alienan. & in §. ſi uerò quædam. in au-
then. de alien. & emphyteo. & ita eſt de mente Sozi.
in conſi. 266. incipien. in cauſa, quæ vertitur. & hanc
partem ſequitur Petr. de Anch. in conſ. 323. incipien.
diſcurrit &c. & plures alij, quos refert Felin. in d. c. in
5 præſentia. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, † con-
trariam opinionem dico ueriorē eſſe, & ſequendam
in cōſulendo, & iudicando, quia eſt magis commu-
nis, & illā tanquam communē ſequuntur infiniti do-
ctores maximæ auctoritatis, videlicet Bar. in d. l. etiā.
ibiq; Alexan. ff. ſolut. matri. in d. l. quod dicitur, & ibi
Alex. ff. de verbo. obliga. & in l. vt iuriſiurandi. §. ſi li-
beri. ff. de operis libertorū. & Bald. in l. liberti. C. eod.
tit. & hāc opinionē eſſe communē, & ſequendam plu
res optimæ fidei atteſtantur. Bal. in d. c. in p̄ſentia. col.
4. Alex. in d. l. etiā. in l. quædā. §. nihil. ff. de eden. in l. ſi
patroni. poſt Bart. ff. ad trebellianū. & in d. l. quod dici
tur. idem voluit Deci. in d. c. in præſentia. col. 20. qua-
re cū ſit communis, illā in iudicando, & conſulendo
ſequi debemus, per ea, quæ ſcribentes cōmuniter uo-
lunt in c. 1. & in c. ne innitaris. de conſtitutionibus. cū
ſimilibus. & ita in terminis dixit Petr. de Anchara. in
conſi. 223. Alex. in d. l. etiam. in d. l. quod dicitur, & in
d. l. ſi patroni. & vltra doctores præallegatos hanc par
tem tenent Specu. in ti. de loc. in §. nunc uerò aliqua.
verſ. 13. Barto. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pactis. & in l.
gallus. §. quidā rectè. ff. de libe. & poſthu. Bal. in l. ſi in
perſonā. C. de fideicommiſ. Salic. in l. 2. qō. 20. C. de iu
re emphyteo. Calder. in conſi. 6. in tit. de locato. An-
cha. in d. conſi. 123. incipien. plenè, & ſubtiliter. Ioā. de
Fantuciis in §. perpetua. 10. q. 2. Ioan. And. & Moder.
in d. c. in præſentia. Bald. in l. 2. C. de ſuis, & legitimis.
& in l. fi. C. de hæredibus inſtituen. in c. literæ. col. pen.
extra de dilatio. in l. cum virum. C. de fideicommi. in
l. ſi aſſiduis. C. qui poti. in pigno. habean. & in l. uſum-
fructum. ff. ſolut. matr. Quæ opinio fundatur primo p
textum in §. emphyteoſim. in authen. de non alienā.
aut permutan. rebus. ubi uidetur caſus, neque eſt ille
tex. correctus per d. §. licentiam. niſi quoad numerū
ſucceſſorum, & deſcendētium, & ſic quoad tempus,
nō autem quoad qualitatem ſucceſſorū, ut dicit Ale-
xan. in conſ. 9. lib. 2. Deci. in d. c. in pręſentia. col. 20. &
Calder. in d. conſi. 6. quicquid dixerit glo. in d. §. licen
tiam. & in §. alienationis. in auth. de non alienā. Pręte
rea † ſpeciale eſt, ut res eccleſiæ in emphyteoſim con-
ceſſa etiam ad extraneos hęredes tranſire poſſit, quan
do res ſterilis fuit in emphyteoſim cōceſſa ad melio-
randum, & cū effectu meliorata fuerit, ut eſt tex. in c.

ad aures. ibiq; Imol. Abb. & moder. extra de rebus ec-
cleſ. non alien. ergo regulariter ſecus erit. arg. l. ius ſin
gulare. & l. quod verò. ff. de legibus. c. ea, quæ. de regu.
iur. in 6. & hanc partem Deci. in d. c. in præſentia. col.
8 20. latè defendit, vbi Bal. ī 4. col. dicit, † q quādo in cō
ceſſione rei eccleſiæ indefinitè ponitur verbum hære
dibus, ſolum deſcendentes, & non extranei hæredes
comprehenduntur, ſecus ſi cum ſigno vniuerſali ap-
poneretur, videlicet pro ſe, & omnibus hæredibus: &
ita debet intelligi id, qđ no. Cyn. in d. l. liberti, liberte
que. C. de oper. liber. & Dyn. in l. ex facto. §. fi. ff. ad tre
bellia. & Ioan. de Imol. ibi dicit hanc eſſe communē
opinionē. & in d. c. in præſentia. inquit, tutum non eſ-
ſe ab ea recedere: quæ opinio ita etiam confirmatur,
nam quāuis hæredum appellatione extranei quoque
9 regulariter veniant, vt ſupra, † tamē hoc fallit fauore
eccleſiæ, quādo de hæredibus ſimpliciter in conceſ-
ſione rei datæ in emphyteoſim mentio facta eſſet, ne
contingeret rem eccleſię nunquam ad ipſam reuerti,
ſicuti in ſimili dicimus in caſu l. ex facto in fi. ff. ad tre
10 bellia. cum ibi not. † vbi illa conditio ſi deceſſerit ſine
hærede, intelligitur hoc eſt ſine deſcendente, & ſic de
hærede ſanguinis, & hoc fauore cōſanguinitatis ſecū
dum Bald. in d. c. in præſentia. col. 5. in verſi. modo ca
pio: & ſecundum aliquos ſi intelligeretur de quolibet
hærede etiā extraneo, nunquam, uel raro dicta condi
tio deficere poſſet, ut ibi habetur: ita in caſu noſtro fa
uore eccleſiæ de hærede ſanguinis debet intelligi, ue
luti etiam voluit Io. de Imo. & Alex. in d. l. quod dici-
tur. col. antepen. ¶ Præterea licet quando emphyteo-
ſis eſt cōceſſa pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, poſſet
dici cōceſſa pro hęredibus etiam extraneis, quoniam
appellatione hæredum omnes hæredes comprehen-
duntur per ſupradicta. & l. ſi pactū. & l. fi. ff. de probat.
& l. ſtipulatio iſta. in princ. & in §. ſi quis ita. ff. de uer-
bo. obligat. & ita intelligatur opinio illorum, qui di-
cunt emphyteoſim conceſſam pro ſe, & hæredibus,
intelligi conceſſam pro omnibus hęredibus etiam
11 extraneis, † tamen qn̄ ab eccleſia fuit conceſſa pro ſe,
& hæredibus ſuis, debet intelligi cōceſſa ſolnm hęre-
dibus ſanguinis, & deſcendentibus illius, cui fuit con
ceſſa; ita. n. ſonare videtur illud pronomē ſuis, quia ex
tranei ſui hæredes non dicuntur. §. ſui. inſtit. de hæred.
qualit. & differen. & ita videtur tenere Specul. in d. tit.
de loca. §. nunc verò aliqua. in verſic. 113. & Vber. de
Bobio, quem refert ibi Ioā. Andr. & cum eo reſidet; &
ita etiam velle videtur Bart. in d. l. gallus. §. etiam ſi à
parente. Et quāuis Io. de Imola in d. l. quod dicitur. cō
trarium velle videatur regulariter in qualibet eccle-
ſia, præterquam in Conſtantinopolitana, vt ibi refert
Alexā. tamen ipſe in hoc ſe fundat, quia emphyteoſis
eccleſiaſtica regulariter ſui natura eſt ad hęredes etiā
extraneos tranſitoria, ſed non emphyteoſis Cōſtanti
nopolitana. per tex. in §. 1. in auth. de alien. & emphy.
12 Quæ ratio eſt falſa, quoniam † non diſcedendo à cō-
muni doctorū ſententia emphyteoſis eccleſię regula
riter ſui natura ad hęredes extraneos nō tranſit, & ſic
in hoc non eſt differentia inter eccleſiā Conſtantino
politanam, & alias eccleſias, ut uolūt Bart. Alexan. &
alii in d. l. ſi patroni. & in d. l. etiam. cum aliis ſimil. ſu-
13 pra allega. † Secus tamen eſſe in emphyteoſi à priua-
to conceſſa alicui pro ſe, & hęredibus ſuis, quia tūc ex
tranei quoq; hęredes cōprehenderentur, per Bar. in lo
cis pręalleg. & per Spec. in d. verſ. 113. Et cū hęc ſecun
da opinio ſit communis, ulterius ſuper illius compro
batione non inſiſto. Supereſt ſolum, ut adductis in cō
trarium reſponſum detur. ¶ Non obſtat in primis, q
ex quo emphyteoſis in caſu noſtro fuit cōceſſa p here
dibus, & ſucceſſoribus, & debet etiam pro hęredibus
extraneis intelligi conceſſa ad hoc, ut uerbum ſuceſ

ſoribus aliquid ultra verbũ heredibus operetur, ut uo
luit Salic. in d.l.2.C. de iure emphyteot. cũ aliis præal-
14 legatis. quia reſpondeo, † ꝙ, præſuppoſita illa opinio
ne pro uera, ꝙ emphyteoſis eccleſiæ ſui natura ad hæ
redes extraneos non ſit tranſitoria, niſi expreſsè ꝓ il-
lis etiã fuiſſet conceſſa, vt infra dicetur, & cõmuniter
tenent doctores ſupra relati, ſequitur, ꝙ ſi fuit conceſ
ſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, de
bet in dubio intelligi ſecundum ſuam naturam con-
ceſſa, videlicet pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſangui
nis, & ſic pro deſcendentibus tantum. Et uerbum ſuc-
ceſſoribus vltra verbum hæredibus operabitur: nam
verbum heredibus intelligetur de iis deſcẽdentibus,
qui de iure ciuili ſuccedere poſſunt, verbum verò ſuc
ceſſoribus de illis deſcendentibus, qui de iure præto-
rio admitti poſſunt, ut ſunt ij, qui per lineam fœmini-
nam deſcendunt, ac emãcipati, qui de iure prætorio
ex capite cognationis deſcẽdũt, & ad emphyteoſim
eccleſiæ etiam de iure admittuntur, ut probatur in d.
§. emphyteoſim. in auth. de alien. & emphyt. iuncto §.
1. & hæc habentur per Alex. in d.l. quædam. §. nihil. in
1. col. & in d.l. quod dicitur. colum. antepenult. ex cu-
ius verbis hæc reſponſio colligitur ibi poſt Imolam,
qui dicit, uerbũ hæredibus intelligi de iure ciuili, uer-
bum uerò ſucceſſoribus de iure pretorio intantum, ꝙ
appellatione ſucceſſorum nõ ſingulares ſucceſſores,
ſed ſolũ uniuerſales comprehenduntur, † niſi dictum
15 eſſet, pro omnibus, & quibuſcunq; ſucceſſoribus, tũc
.n. etiam extranei hæredes, ac ſingulares comprehen
derentur, per not. per Bald. in variis locis ſupra alle-
gatis. & in d.c. in præſentia. col. 4. & per Alexan. in d.l.
quedam. §. nihil. ¶ Secundo reſpõdeo, ꝙ dato, ſed nõ
conceſſo, per illud uerbum ſucceſſoribus, comprehen
di etiam extraneos heredes, & ſingulares ſucceſſores,
ut per Salicet. in d.l.2. tamen ex quo poſt conceſſionẽ
factam dicto Leonardo, cui ſic conceſſio facta fuit,
ſæpius, ac diuerſis deſcendentibus Leonardi fuit fa-
cta cõceſſio pro heredibus ſuis tantum abſq; illo uer-
bo ſucceſſorib⁹, vcȝ bis Pauloantonio filio dicti Leo-
nardi, & ſemel alteri Pauloantonio iuniori nepoti di-
cti Pauliantonij primo noĩati, ꝑ q̃ uerba emphyteoſis
cõceſſa dr̃ ſolũ pro hæredibus ſanguinis, & ſic pro de
ſcẽdẽtib⁹, ut uolũt doctores cõiter, ueluti ſupra dictũ
fuit, ſequit̃, ꝙ attentis his ultimis ꝯceſſionibus cõclu
di dẽt, hãc emphyteoſim ſolũ ad deſcẽdẽtes, & nõ ad
extraneos heredes trãſire poſſe, & expoſtfacto Paulus
antonius antiquior, & iunior recipiendo pro heredi-
bus ſuis ſimpliciter, potuerunt ſuis heredibus extra-
neis preiudicare, faciendo nõ tranſmiſſibile ad here
des extraneos id, quod ad illos antea erat tranſmiſſi-
bile, quoniã factum defuncti nocet heredi. l. ſi pactũ.
ff. de probatio. & l. pro hereditariis. C. de hered. actio.
cum vulgaribus. nã ſi ipſi voluiſſent heredes quoque
ſuos extraneos admitti debere, hoc expreſſiſſent, uel
ſaltem iiſdem verbis, quibus Leonardus pater vſus
fuit, ipſi etiã uſi fuiſſent, quod cũ non fecerint, uiden-
tur voluiſſe heredibus ſuis extraneis, prout potuerũt,
præiudicare. arg. c. ad audientiam. in fi. de decimis. &
l. unica. §. ſi uero. C. de cadu. tollen. cum ſi. ¶ Secundo
non obſtat, quòd ex quo conceſſio ſimpliciter pro
hæredibus facta fuit, ea debet ad extraneos trãſire, &
ſecundum Felinum poſt plures, quos ipſe refert in d.
c. in preſentia hec opinio in puncto iuris eſt uerior, &
illam ſequitur Alex. in conſi. 189. col. 4. lib. 2. quia re-
ſpondetur primo, † ꝙ contraria opinio eſt uerior, &
16 magis communis, & in iudicando, & conſulendo ab
ea recedere tutum non eſſet, ut ſupra dixi. Secundo
reſpondeo, illam opinionem poſſe precedere, quãdo
emphyteoſis eſſet pro hæredibus ſimpliciter cõceſſa,
ſecus ſi pro heredibus ſuis ut in caſu noſtro per ſupra

dicta. ¶ Non obſtat illa ratio, quam refert
in preſentia, & Alexã. in d. conſi. 189. ꝙ
cleſiæ cũ cauſa, & ſolemnitate debita
quoad directum, & vtile dominium, &
lem, & ciuilem poſſeſſionem, & ſic pleno
omnes hæredes illius, cui facta fuit aliena
ueluti habetur in ſumma. & in c. ſine
quæſt. 2. cum ſimilib. ita magis poterit in
ſim concedi, ut ad extraneos etiam hære
quoniam ſic minus eccleſiæ, q̃ in primo
17 caretur: quia reſpõdeo, † ꝙ hæc ratio
ꝙ res eccleſiæ ex cauſa, & cũ ſolemnitate
ſit alicui in emphyteoſim cõcedi, ut ad
hæredes ſuos, quando expreſsè fuiſſet ad
quoq; tranſiret. argu. d. §. licentiam. ubi
poteſt in emphyteoſim in perpetuum cõ
preſsè agendo, quod importat idẽ, quod
preſsè pro heredibus extraneis conceſſa,
in §. alienationis. & in §. emphyteoſim. in
non alienan. ſed non infert, ꝙ ſi res fuiſſet
ſe, & heredibus ſuis ſimpliciter, ad extra
heredes tranſeat, tum fauore eccleſię, ut
hoc poſſet procedere, quando pro heredi
18 citer abſque illo pronomine ſuis conceſſa
emphyteoſis eccleſię, quę ſui natura non
des extraneos tranſitoria, poſſit ex pacto,
pro haredibus etiam extraneis concedi,
c. ad aures. de rebus eccle. non alienan. &
telligi d. §. licentiam. & hoc voluit expreſ
1. C. de iure emphyteo. & in d.l. etiam.
mo. & in d.c. in preſentia. col. 4. ¶ Secũdo
19 † ꝙ argumentum de totali alienatione
nem in emphyteoſim non procedit, quã
do in totum fit alienatio rei eccleſię,
quare in heredes etiam extraneos non
At qñ eccleſię remanet directũ dominium
poſſeſſio in caſu, quo res eccleſię pro
ſimpliciter fuit in emphyteoſim cõceſſa,
ꝙ ad heredes extraneos non transferantur
cuntur ſui, ut ſupra, tum ne illud directũ
ciuilis poſſeſſio, quæ penes eccleſiam rema
per ſint inutile, ſicut dicitur de uſufructu
tamen. ff. de uſufru. & in l. cum antiquitas
hoc eſt de mente Roma. in d.l. etiam. & An
in preſentia. vbi Bal. inquit, quòd de iure,
illa uerba pro heredibus ſuis fauore eccleſiæ
tantur pro heredibus ſanguinis, & ſic pro
tibus tantum; & hæc fuit etiam reſponſio
Ancha. in conſi. 133. incipien. plenè, &
¶ Tertio reſpondeo, quòd eccleſia in totali
ne rei conſequitur pretiũ, ſeu rem aliã, q
cleſię equiualeat, & ſic utilitati, & neceſſita
ſiæ conſulitur, quod non eſt in emphyteoſi
quæ ſub modica penſione datur ad melioran
Bart. in d.l. 1. C. de iure emphyteo. & in l.
tio. ff. de uerbor. obligat. Vnde iuſta cauſa,
ra, & totali alienatione conſideratur, non
ſe ad emphyteoſim adaptari; ita in terminis
And. Barb. in ſuo conſi. pen. lib. 1. qui ſecun
opinionem dicens illam eſſe communem
¶ Nõ obſtat tex. in d. §. licentiam. ſuper quo
contrariam opinionem ſe fundant, quia do
20 niter reſpondent † illũ tex. nihil diſponere
litatem ſucceſſorum, de quibus in d. §. emphy
ſed ſolum circa tempus, & numerum ſucceſ
per Alex. in d. conſi. 9. lib. 2. & per Bal. oẽſq;
d.c. in preſentia. ut fuit de mente Io. And
ibi refert. & Dec. ibidẽ col. 20. optimè hãc
comprobat, aliaſq; ẽt reſponſiones ponit.
etiã, ꝙ diſpoſitio dicti §. licẽtiam. quæ

num eccleſiæ tendit, videlicet vt perpetuo in emphy-
theoſim cōcedi poſſit, ita ꝙ ad extraneos quoq; hęre
des tranſeat ꝙ id, quod iura in fauorem, & utilitatem
eccleſiæ introduxerunt, videlicet ꝙ res eccleſiæ non
poſſit perpetuo cōcedi, nec ut ad extraneos hæredes
tranſeat, veluti habet r in d.§.emphyteoſim. cum ſi.
dicitur eſſe ipſo iure nulla, neq; ad deciſionem cau-
ſarum allegari meretur, quia cū diſponat expreſsè ſu-
per rebus eccleſiæ, ex defectu poteſtatis nullius eſt
momenti, cum ſit lex ciuilis, & ſecularis ad textum
notabilē in c.eccleſia ſanctæ Marię.de cōſtitutionib.
& habetur in c.quæ in eccleſiarum.eo.tit.& in c.fi. de
rebus eccleſ.non alien. Et ſi diceretur, ꝙ idem eſſet di
cendum de text.in d.§.emphyteoſim.cum & illius di
ſpoſitio ſit diſpoſitio legis ciuilis, reſpondetur, ꝙ ex
quo illa diſpoſitio emanauit ad fauorem, & utilitatē
eccleſiarum, vt ibi habetur maximè in principio, ea
fuit per ius canonicum recepta, & approbata, ergo di
ſpoſitio iuris canonici eſſe cenſetur, quia omnia no-
ſtra facimus, quibus auctoritatem noſtram imparti-
mur. l.2.§.omnia noſtra.C.de veter.iure enuclean. &
arg. eorum, quæ habentur in c.1. & 2. de noui operis
nunciatio. † Quòd autem diſpoſitio d. §.emphyteo-
ſim. ſit à iure canonico recepta, & approbata, probatē
in c.nulli. de rebus eccleſ.non alienand. vbi in mate-
ria alienationis rei eccleſiæ recipitur, & approbatur
conſtitutio Leonis, de qua in l.ſancimus.la 2.C.de ſa
croſan.eccleſ.ad cuius interpretationē, & extēſionē
emanauit diſpoſitio poſita in auth. de non alienan.
aut permutan.rebus, per totum, & maximè in d.§.em
phyteoſim. ut patet ex præambulo illius legis, & ibi p
totum. Ergo cū lex Leonis fuerit à iure canonico re-
cepta, & approbata d.c.nulli. dicitur ſimpliciter rece
pta, & approbata lex illa, quæ ad eius declarationē, &
interpretationē emanauit, cū dicatur eſſe pars legis
interpretatæ, & omnia dicta de lege interpretata, cen
ſeantur dicta de lege interpretante, & omnia, quæ ha
bentur in lege interpretante, cenſeantur poſita in l.
interpretata, ut in l.omnes.C.de præſcriptio.triginta
annorum.§.fi.in auth.de fil.ante dota.inſtrumen. na-
tis: & hæc fuit reſponſio Aretini in d.c. in præſentia.
quæ reſponſio non conuenit textui in d.§.licentiam.
quia eius diſpoſitio non reperitur aliquo modo à iu-
re canonico recepta, nec approbata, nec ad interpre-
tationem cōſtitutionis Leonis, aut alterius legis, ſed
principaliter ſuper rebus eccleſiæ diſponēdo emana-
uit, vt ex illo textu colligitur. Et hæc reſpōſio placet,
illā corroborādo, ut facit Decius in d.c.in præſentia.
col.21. ¶ Secundo reſpōdetur, ꝙ id, quod habetur in
d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.procedit in aliis legibus ſe
cularibus inferiorum, ſeu ab inferioribus latis, prout
tex.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.loquitur de quadam
conſtitutione Baſilij, ſed nō habet locum in legibus
Imperatorum, quæ in fauorem, & utilitatem eccleſię
emanarunt, quia tales cenſentur approbatæ, & ſerua-
ri debent, ut uoluit Hoſtienſ. in c.fi. extra de ſolutio.
maior enim eſt poteſtas Imperatoris, & principis er-
ga eccleſias, quàm inferioris ſecularis, ut in ſimili q̄-
ſtione notabiliter dicit Bald.in l.placet. ibi, tu dic.C.
de ſacroſanct.eccleſ.& habetur per Barto.in l.ſi diui-
na domus. C.de exacto. tribu. lib. 10. & ita reſpondet
Andr.Barbat.in dicto conſilio penultimo: quæ reſpō
ſio non eſt multum tuta, eiuſq; ueritas dependet ab
ijs, quæ habentur per Doctores in d.c.eccleſia ſanctæ
Mariæ, & cap.quæ in eccleſiarum.de conſtitu. ¶ Non
obſtat, ꝙ ex quo cōceſſio in emphyteoſim in caſu no
ſtro facta fuit in perpetuum, debet intelligi, ut etiam
ad extraneos hæredes tranſeat, quia ita importat uer-
bum illud perpetuum, ſeu talis eſt natura conceſſio-
nis factæ in perpetuum, ut ſupra: quia reſpondetur,

22 † illud verbum perpetuum intelligi poſſe, videlicet
vſque in tertiam generationem, vt dicitur in d.§.em-
phyteoſim. quæ reſponſio licet ab Alexandro impu-
gnetur in d.l.etiam. ff.ſolut.matrim. tamen defendi-
tur à Decio in d.c.in præſentia. col. 20. vt ibi per eum.
23 Secundo reſpondeo, ꝙ † uerbū perpetuum varijs mo-
dis capitur, & intelligitur ſecundum ſubiectā mate-
riam, vt habetur per glo. in §. perpetua, 10. q. 2. & in
auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.eccleſ.modo enim
capitur pro tempore triginta annorum, modo do-
nec quis vixerit, modo quamdiu penſio ſoluetur, &
modo vſque in tertiam, ſeu quartam generationem,
vt not.per glo.in locis proximè allegatis. ¶ Et ex præ-
dictis liquidò conſtat hāc opinionem eſſe ueriorē, &
illam Doctores communiter ſequūtur: quo ſit, ut in
iudicando, & conſulendo præualere debeat, vt dicit
Dec.in d.c.in præſentia.col.20. poſt plures Doctores
maximæ auctoritatis ab eo allegatos, qui idem affir-
māt: & ita ſemper cōſuluit, & affirmauit Alex.in ſuis
conſilijs, videlicet in conſ.23.lib.1.& in conſ.80. col.
antepenult.& penul.& in conſ.9.lib.2.in conſi.21. in
prin.4.col.lib.5. & in conſ.83.lib.7. Et licet contrariū
dixerit in conſ.189.col.4.lib.2.tamen quicquid ibi di
xerit, contrariū eſt verius, veluti ipſe in pluribus aliis
conſiliis determinauit. Vel id, quod dixit in d.conſil.
189. debet intelligi, quando expreſsè actum, & con-
uentum eſſet, ꝙ ad extraneos quoque hæredes tranſi
ret, vel dictum fuiſſet pro hæredibus quibuſcunque,
nam tunc Doctores communiter tenent, ꝙ ad extra-
neos trāſire poſſit per textum in d.§.licentiam.& ha-
betur per Bald.in d.l.etiam.in d.l.1.C.de iure emphy-
teo. & in d.c.in præſentia. col.4. Et hæc quoad primū
dubium ſufficiant. ¶ Capio ſecundum, an in caſu no-
ſtro per obitū Pauliantonij iunioris, ſeu Ioannisfran
ciſci infantis eius filii emphyteoſis cenſeatur finita,
& conſequenter ipſo iure ad eccleſiam reuerſa, &
24 deuoluta, † quoniam emphyteoſis propter lineam fi-
nitam ipſo iure ad eccleſiam reuertitur, & deuolui-
tur abſque facto, & ſententia iudicis per Paulum de
Caſtr.in conſi.133.quoad dominium videlicet, & ius
emphyteoticum, non autem quoad poſſeſſionē, quæ
factum requirit, hoc eſt, vt apprehendatur iuxta l.cū
hęredes.ff. de acq. poſſeſſ. & hoc maximè uerū eſt in
emphyteoſi eccleſię, in quam dominium, & ius rei ip
ſo iure abſque traditione, ſeu apprehenſione actuali
transfertur, vt eſt tex.cum ibi not.per glo.in l.fi.C.de
ſacroſanc.eccleſ.ſed non poſſeſſio, vt ibi per gloſam.
Huius dubij reſolutio dependet à reſolutione primi
dubij, quoniam ſi emphyteoſis in noſtris terminis di
citur conceſſa ſolum pro hæredibus ſanguinis, & de-
ſcendentibus, vt Doctores magis communiter velle
videntur, & ita ſupra tenui, & comprobaui, dicetur eſ
ſe finita, & ad eccleſiam ipſo iure deuoluta, nā linea
deſcendentium Leonardi de Caſtello, & Paulianto-
nij antiquioris, ac iunioris, & Ioannisfranciſci infan-
tis filij Pauliantonij iunioris, qui vltimo loco deceſ-
ſit, defecit, & extincta eſt, & ſic nulli amplius ſuperex-
tant liberi, & deſcendentes ſui, qui ad emphyteoſim
prædictam poſſint admitti. ¶ Vel fortè poſſet attenta
25 ri, ꝙ † dicta emphyteoſis non ſit finita, nec ad eccle-
ſiam deuoluta, ex quo ſuperſunt deſcendentes Leo-
nardi prioris emphyteotæ per lineam fœmininam,
videlicet Carolus, Hannibal, & fratres de Gādulphis
mediante do. Lucretia eorum matre filia dicti Leo-
nardi: immò ex quo adhuc ſupereſt dicta do. Lucre-
tia filia ipſius Leonardi, non dicitur linea deſcenden
tium Leonardi finita, & conſequenter emphyteoſis
non dicetur finita, neque ad eccleſiam deuoluta: ex
quo enim emphyteoſis fuit Leonardo conceſſa pro
ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuū, ut

patet in inſtrumento conceſſionis, ea dicitur conceſ-
ſa pro hæredibus ſanguinis, & deſcendentibus, qui
poſſunt ſuccedere tam de iure ciuili, q̃ de iure præto-
rio, veluti ſupra dixi in primo dubio; Et appellatione
deſcendentium, & hæredũ ſanguinis filiæ quoq; fœ-
minæ comprehenduntur, quia & ipſæ de deſcenden-
tibus dicũtur, ut habetur per Modernos in l. fęminæ.
ff. de reg. iur. & ſecundum Alex. in l. penult. ff. de iuriſ-
dict. omnium iudic. deſcendẽtium appellatione ue-
niunt filiæ nuptæ, quæ & de agnatione, & de genere
patris eſſe dicuntur. l. 1. ff. de iure immunit. & traditur
per Dominicũ de S. Gemi. in c. ſtatutum. il 2. de hære
ti. in 6. & uideas omnino Alex. in conſ. 160. lib. 2. qui
dicit, non ſolum filiam, ſed etiam omnes per fœmi-
nam deſcendentes comprehendi, ergo cũ adhuc do.
Lucretia filia dicti Leonardi, & filij ipſius ſuperſint,
non dr̃ linea deſcendentium Leonardi finita, & ꝯñr
emphyteoſis conceſſa Leonardo pro ſe, & ſuis deſcẽ
dentibus in effectu in perpetuum, hoc eſt, donec ex-
tent aliqui de deſcendentibus ſuis in infinitum, vt vo
luit Bal. in l. ſi in perſonam. in fi. C. de fideiuſſo. & in
d. l. etiam. ibiq; Doct. Ange. & glo. in auth. ſi quas rui-
nas. C. de ſacroſan. eccleſ. & Imo. in c. potuit. de loca-
to. Et ideò finita linea maſculina dicti Leonardi, de-
ſcendentes per lineam fęmininam, hoc eſt filia, & fi-
lij ipſius filiæ tanquam uocati poſt maſculos deſcen-
dentes debent ad hanc emphyteoſim admitti, nõ aũt
extranei hæredes, nec ipſa eccleſia, tanquam emphy-
teoſis ſit finita. Nam donec ſuperfuerunt deſcenden-
tes maſculi, non potuerunt deſcendẽtes fœminæ ad-
mitti propter diſpoſitionẽ ſtatuti huius ciuitatis, quę
fęminas propter maſculos excludit, à cuius ſtatuti di
ſpoſitione etiam in terminis noſtris interpretationẽ
recipimus, ut eſt de mente Bartoli in l. ut iuriſiuran-
di. §. ſi liberi. in 2. col. verſ. puto igitur. ff. de operis li-
bertorum. qui inquit, ꝙ qñ ex uirtute uerborum fi-
liæ, ſeu deſcendẽtes per fœminam ad emphyteoſim
ſimul cum filiis, ſeu deſcendentibus maſculis uocan-
tur, deberent ſimul admitti, ſed ſtante ſtatuto fœmi-
nas à ſucceſſione propter maſculos excludente, fęmi
næ extantibus maſculis non poſſunt admitti, ſed illis
non extãtibus ſucceſſiuè admittuntur, & faciunt ea,
quæ habentur per Alex. in conſ. 119. in fin. penul. col.
cum ſeq. lib. 5. At in caſu noſtro per uerba conceſſio-
nis, & attenta verborum conceſſionis proprietate tã
fęminæ, q̃ maſculi filij ipſius Leonardi admitti debe-
bant, qm̃ facta fuit conceſſio per uerba omnibus pa-
riter conuenientia, ut dixi in primo dubio, & deſcen
dentium appellatione ita ueniunt filiæ fęminæ, & de
ſcendentes ex eis, ſicut filij maſculi, & deſcendentes
ex eis, ut ſupra, ergo attentis uerbis cõceſſionis Pau.
Anto. & do. Lucretia poſt mortẽ do. Leonardi ſimul
in effectu admitti debuiſſent, ſed extante ſtatuto, qđ
filias fęminas ꝓꝑ filios maſculos excludebat, Paulus-
antonius filius ſolus fuit admiſſus, & deinde deſcen-
dẽtes alij maſculi, qui ex diſpoſitione ſtatuti filias fę-
minas, & deſcendentes ex eis excludunt, ideò cum
nunc omnes deſcendentes maſculi defecerint, eue-
nit caſus, in quo ipſa filia, hoc eſt do. Lucretia, & de-
ſcendentes ex ea debent ordine ſucceſſiuo admitti ꝑ
ea, quæ notabiliter voluit Bart. in d. §. ſi liberi. & ibi
Alex. Cyn. in l. liberti. C. de operis liberto. Bar. in con
ſil. incip. iſta quæſtio habet duo dubia. & in l. hæredes
mei. §. cum ita. ibiq; Alex. col. 6. ff. ad trebell. & Bald.
in l. quoties. C. de ſuis, & legit. Ex quibus ſequitur, ꝙ
ſi intelligamus conceſſionem in caſu noſtro factam
fuiſſe pro deſcendentibus maſculis tantum, emphy-
teoſis dicetur finita, & ad eccléſiã deuoluta propter li
neam deſcendentium maſculorũ finitam: ſi uerò in-
telligamus conceſſionem fuiſſe factam pro deſcen-
dentibus ſimpliciter, ex vi illorũ verborũ
redibus, & ſucceſſoribus ſuis, & quia appell
ſcendentium ẽt filiæ fęminæ, & deſcendẽt
niunt, ut ſupra, dicendum videtur, ꝙ ex q
dentes maſculi ipſius Leonardi defecerũ
nunc admitti eius filia ſuperſtes, ac etiam
tanquam deſcendentes dicti Leonardi: &
dendum erit, lineã ipſius Leonardi, & ſic
ſim prædictam non eſſe finitã, nec ad eccl
lutã. Et hæc pro declaratione ſecundi d
¶ Tertium aggredior, dato, ſed non conc
phyteoſis ſit finita, & ad eccleſiã ipſo iur
an eccleſia potuerit rẽ illã in emphyteo
re cui voluerit, an verò magis debuerit
re dictæ do. Lucretiæ, & eius filiis, q̃ hæ
tutis, ſeu ſubſtitutis in teſtamento dicti
iunioris. Videretur prima facie conclud
cleſia de iure debuerit de nouo dictã re
teoſim concedere hære dibus prædictis in
ſubſtitutis, primo quia ipſi ſunt de agna
de Caſtello, & ſic Leonardi primi emphy
Pauliantonij antiquioris, & iunioris, & i
26 nisfranciſci ultimi defuncti, † ergo finita
propter finitã lineam, illi, qui ſunt de agna
cæteris præferendi taliter, ꝙ ſi eccleſia alio
ret, aut inueſtire uellet, excluſis agnatis
phyteotę, ipſi agnati poſſunt appellare, ut
uoluit Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua
æſti. & eſt de mente ipſius in l. ſi mihi, & titio
ff. de uerb. oblig. & faciunt ea, quæ habent
dum in additio. ad Specul. in tit. de locato
phyteoſis potius debet, per Petr. de Anch
111. 162. & 166. per Romanum in cõſ. 2
nẽ de Imo. in c. penult. de poſtulat. præla
ſimil. Et dicit Bart. in l. 1. in fi. uer. ff. de pri
ꝙ quando res ad eccleſiam debet reuerti,
nita emphyteoſis, quæ erat conceſſa uſque
generationem, & ueniunt extranei, cogn
in quarto gradu, præferuntur, quod ſi præla
ciãt, poteſt ab eis ad ſuperiorem appella
iura canonica, ſecundum quæ poteſt ab i
toria, & à quocunque grauamine extraiudici
lari, ut in c. 1. & in c. cõcertationi. de appella
quo etiã facit tex. cum glo. in c. bonæ memo
de poſtula. prælat. ubi glo. allegat d. l. 1. §. per
& facit l. nullus. aliàs l. iudex. C. de decurion.
hæc eſt magis communis opinio ſecundum
d. l. ſi mihi, & titio. quicquid ibi contra Barto
27 Ioan. de Imol. ¶ Præterea † ſecundum Ioan. de
in conſi. ſuo incip. Petrus de Pannolini, ſeu
Thomas de Pannolini quando eſt finita em
ſis propter lineam finitam, proximiores ulti
phyteotæ renouari ab eccleſia debent, ſi eſſent
mo emphyteota hæredes inſtituti, ſecus ſi e
ſent ab eo hæredes inſtituti, quoniam hi ex
ſtituti deberent ipſis conſanguineis, & pro
bus præferri per not. per Bart. in l. ex facto.
trebell. & in d. l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff.
liber. Sed in caſu noſtro hi proximiores ulti
phyteotæ non fuerunt ab eo hęredes inſtitu
tranei fuerunt inſtituti, ſeu ſubſtituti pupilla
dicuntur hæredes inſtituti in teſtamento ult
phyteotę. arg. l. 2. ff. de vulg. & pupil. per tota
patris, & filii. cum ibi no. eod. ti. ergo ipſi hære
tranei ſunt proximioribus, & agnatis pferẽdi
bus tñ non obſtantibus, contrariam opinionẽ
noſtro ueriorẽ eſſe exiſtimo, ꝙ eccleſia non
emphyteoſim renouare hæredibus extraneis
tis quamuis ſint de agnatione, & familia illo
Caſtello, ſed ipſi do. Lucretiæ, eiuſq; filiis,

quia Bar.& alii, quos ſupra retuli, & refert Alex. in d.
l.ſi mihi,& titio.tenentes, ꝙ eccleſia emphyteoſim rē
nouare teneatur ipſis proximioribus, & hæredibus in
ſtitutis ab ultimo emphyteota, loquuntur, (& ita præ
ſupponunt) qñ emphyteoſis eſſet finita propter lineā
finitā,ut ibi per eos, & per Bart. in d.§. permittitur.&
in d.l.ſi mihi,& titio.Sed in caſu noſtro emphyteoſis
non fuit finita,quia linea deſcēdentiū nondum defe-
cit,ut ſupra dixi in dubio proximo præcedenti, ergo
non ſumus in caſu,in quo alii proximiores poſſint pe
tere renouationē ſibi fieri,& ſi nō fiat, appellare.¶ Se
cundo poſito etiam emphyteoſim dici finitā , adhuc
28 dico,† ꝙ eccleſia potuit filiam primi emphyteotæ in
ueſtire,& ſic illi emphyteoſim renouare,excluſis hæ-
redibus emphyteotæ,ut uoluit Bal. in c.1. quēadmo-
dum feu.ad fil.pertin.per illum text.in vſu feudo.Sed
eccleſia ī caſu,de quo agitur,emphyteoſim filię Leo
nardi primi emphyteotæ renouauit,ergo &c. ¶ Ter-
29 tio† eccleſia infra annū proximiores emphyteotæ in
ueſtire tenetur,aliis excluſis, quādo proximiores hoc
infra annum re integra petierint,ut quia eccleſia nō-
dum alteri conceſſerit , ſecus ſi res integra eſſe deſiiſ-
ſet,quia ſtante,quā proximiores renouationem pete
rēt,eccleſia alteri conceſſiſſet, & iam annus lapſus eſ
ſet,ualeret conceſſio, & proximiores cōqueri , & ap-
pellare non poſſent,ut uoluit Rom. in d. conſil.70. ꝑ
tex.in c.1.de natu.feu.& facit tex.in c.quamuis. de re
ſcrip.in 6.quod quidē eſſe ualde ſingulare dicit Alex.
in d.l.ſi mihi,& titio.& ſequuntur moder.in c.antep.
de poſt.præla.Sed in terminis noſtris ante, quam hæ-
redes ultimi emphyteotę renouationem peterēt, res
deſiit eſſe integra,quia iā D.Lucretia, eiuſq; filij fue-
rant inueſtiti,& lapſus fuit annus,ergo &c. ¶ Quarto
30 poſſet dici,† ꝙ doctrina Bar.in d.l.1.ff.de priuil.cred.
in d.§.permittitur.& in d.l.ſi mihi,& titio.& aliorum
in locis præallegatis,ſecundum aliquos procedit, qñ
emphyteoſis eſſet conceſſa uſque in tertiam,ſeu quar
tam generationem,& finita eſſet, quia eſſet finita ter
tia , & quarta generatio , & deſcendentes per lineam
deſcendentium,ſicq; proximiores per lineā deſcēdē
tium,ut ſunt ii,qui eſſent in quarta , ſeu quinta gene-
ratione,renouationem,& inueſtituram peterent , ut
ibi per Bar.& Alex.qui ita exemplificāt.At in caſu no
ſtro emphyteoſis non fuit conceſſa uſq; in tertiā , ſeu
quartam generationē,ſed in perpetuum , & renoua-
tionē ſibi fieri petunt nō proximiores per lineam de-
ſcendētium,ſed penitus extranei, & tales,qui ab inte
ſtato nullo modo ſuccedere poſſent , cum ſint tranſ-
uerſales,& ultra ſeptimum,uel octauum gradum,er-
go non ſunt tales,nec in tali caſu,in quo poſſint reno
uationē petere:quoniam,ut eſt de mēte Bar.in d. §.ꝑ
mittitur.& in d.l.ſi mihi, & titio . hoc ius petēdi reno
uationē,finita emphyteoſi,competit deſcēdētibus,&
non aliis proximioribus,ſeu agnatis tranſuerſalibus,
Bar.n.ac ēt Bal.in addit. ad Spec. in tit. de loc. loqui-
tur de deſcendentibus,non autem de aliis agnatis,&
propinquis,ſeu extraneis,& ita eſt de mente Petri de
Anch.in d.conſi.133.qui optimè loquitur.¶ Quinto
31 † illa doctrina Bar.& aliorum poteſt eſſe uera,& de iu
re procedere in emphyteoſi priuati,ſed in emphyteo
ſi eccleſię ſecus eſt,quia ipſa finita ad eccleſiam ita re
uertitur,& deuoluitur,ꝙ pōt eam pro ſe retinere, ſeu
illi,cui uelit,cōcedere,abſque eo, quod proximiores
emphyteotæ conqueri , & appellare valeāt,ita voluit
Rom.in conſi.215.& in d.conſi.70. pro quo facit, q̃a
pro opinione Bar.& ſequacium ſolum iura ciuilia al-
legantur, quæ, niſi à canone ſint expreſsè approbata,
non ſunt contra eccleſiam ſeruanda,c. eccleſia S. Ma
riæ. cum ibi not.de conſt. c. 1.& 2. cum ibi no.de no.
oper.nunc.& faciunt ea, quę habentur per Doc. in c.
ſi.de ſolu.& ita intelligantur Docto. tenentes contra
Bar.ut fuit Ioan.de Imo.in d.l. ſi mihi & titio. & in d.
c.bonæ memoriæ.de poſtula.præla.& facit tex.in c.ex
parte.in uer.liberè.extra de feudis.& fuit hæc declara
tio Alex.ī d.l.ſi mihi,& titio.ſed nos ſumus in emphy
teoſi eccleſiæ, ergo &c.¶ Sexto Bartoli, & aliorū do-
ctrina prædicta procedit , quando eſſet finita emphy-
teoſis propter lineam finitam,& ſic abſque delicto,&
32 dolo emphyteotæ, ſecus† ſi ex ipſius delicto , & dolo,
puta ꝑꝑ alienationem rei factā ignorante,& irrequiſi
ta eccleſia,uel ob canonē nō ſolutū,iuxta c.potuit.de
locato.& in terminis uoluit Alex.in d l. ſi mihi,& ti-
tio.in ulti.col.qui plures allegat, & hr̄ per Moder.ī d.
c.antep.de poſtu.pręla.facit tex.in c.1.ſi uaſal.feu.pri-
uc.in uer.gratiam facere.q̃ uerba liberam facultatem
denotant.c.ſi gratioſè.c.gratia.de reſcri.in 6.& ita te-
nuit Rom.in conſi.212.& habetur per Spec. in tit.de
locato.§.nunc uerò aliqua.in uer.78.per Bart.in l.eū,
qui.ff.de interdi.& relega.Bal.in l.2. C.de liber.& eo-
rum liber.& Ioan.de Imol.in d.c. ex parte. de feudis.
Sed in terminis noſtris emphyteoſis fuit ēt finita ꝑꝑ
delictum emphyteotę,qui rē irrequiſita eccleſia alie
nauit,& canonē nō ſoluit,ergo hæredes,& proximio
res ipſius renouationē ſibi fieri petere non poſſunt.
¶ Vltimo allego ſolēne cōſilium Petri de Anch.p̄al-
legatū 133. incip. plenè, & ſubtiliter , qui in propriis
terminis conſuluit,& non poſſet illud conſilium me
lius facere ad propoſitum , quā faciat, nam ex eo oēs
ferè præſentis noſtræ conſultationis dubitationes re-
33 ſolutę uidentur, primo.n.ibi decidit, ꝙ† emphyteoſis
eccleſiaſtica ſui natura ſolū ad filios , & deſcēdentes
tranſeat,non aūt ad extraneos hęredes,per tex.in d.§.
emphyteoſim.qui nō corrigitur,per tex. in d.§.licen-
tiā.circa qualitatē ſucceſſorum,& perſonarū,ſed ſolū
circa numerum,& tēpus, ut correctio iuris minus in-
ducatur,quàm fieri poſſit,arg.c.cum expediat.de ele
ctio.in 6.dicitq; ibi Anch. hanc opinionē habere pro
ſe Doctores illuſtres,uidelicet Ioan.And.in d.c.in p̄-
ſentia. Bar.in d.l.quod dicitur.& in uariis locis, Bald.
in d.l.ēt,ibiq; gl.& in aliis pluribus locis,quæ ſupra in
primo dubio allegaui:& cū hæc opinio ſit eccleſiis fa
uorabilis,ſequenda eſt,quia ſumma eſt rō,quę pro re
ligione facit.l.ſunt perſonę.ff.de relig.& ſump.fun.&
ab hac tam illuſtriū Doctorū ſnīa nephas eſſe, & non
tutum recedere inquit maximè in conſulēdo. Sequit
ergo ibi Petrus hanc opinionē tanquam ueriorē ma-
giſq; æquam,ac tutam , & conſequenter ēt ꝙ emphy
teoſis eccleſię finita dicatur ꝑꝑ lineam deſcēdētium
finitam.Itē Anch.ibi decidit unum aliud,quod opti-
34 mè ad caſum noſtrum facit, † nam ibi fuerat relictus
uſusfructus rei emphyteoticę per ultimum emphy-
teotam,in cuius perſona linea , & conſequenter em-
phyteoſis finita erat,& uſufructuarius petebat ſibi re-
nouationem fieri,idemq; petebāt hæredes extranei ,
& ſic dubium erat,an eccleſia renouationē facere te-
neretur , & cui , uſufructuario,an uerò hæredi extra-
neo,ſeu propinquo tranſuerſali. Determinat ibi An-
char.eccleſiam non teneri renouationem facere uſu
fructuario,nec hæredi extraneo,nec agnato,ſeu pro-
pinquo tranſuerſali,quia nullibi legitur, ꝙ ius peten-
di renouationem in hoc caſu cōpetat uſufructuario,
neque legatario,cui uſusfructus rei emphyteoticæ re
lictus eſſet:item cum finita ſit emphyteoſis, & ſic fini
tum ſit utile dominiū, uſusfructus quoq; dicitur fini-
tus,quia reſoluto iure emphyteotæ,& ſic datoris, re-
ſoluitur ēt ius uſufructuarii , & ſic acceptoris , argu.l.
lex uectigalis.ff.de pign.c.nuper.de dona.inter uir. &
uxo.l.neceſſario.ff.de pericu.& cōmo.rei uen.Deter-
minat ēt,eccleſiam non teneri facere renouationem
ipſis hæredibus , ſeu propinquis ultimi emphyteotæ,

poteſt

poteſt quippe,ſi velit,ſed de iure nõ tenetur, quoniã
hoc ius petendi renouationem, & conſequenter ap-
pellandi,ſi non fieret,competit ſolum filijs,& deſcen
dentibus,& non extraneis,neque proximioribus,ſeu
agnatis tranſuerſalibus, ẽt ſi ſint hæredes ultimi em-
phyteotæ,ut ibi per Ancharanũ, qui ita determinat.
Quæ omnia ad caſum noſtrum melius facere nõ poſ
ſent,nam in caſu noſtro emphyteoſis eccleſię fuit fi-
nita propter lineam deſcendentium finitam ſecundũ
unam opinionem,quam ſupra retuli, & ſupereſt vſu-
fructuaria,item ſuperſunt hæredes extranei, qui ſunt
de agnatione vltimi emphyteotæ,ſed trãſuerſales, &
hi oẽs petunt renouationẽ ſibi fieri. Quare cõcluden
dum eſt ſecundum determinationẽ Petri de Anch.in
d.conſilio, ꝙ eccleſia de iure non tenetur inueſtire,
aut renouare vſufructuariam, nec hæredes extraneos
ſeu propinquos trãſuerſales ultimi emphyteotæ, ſed
illos,quos magis uoluerit: immò dicendũ eſt, ipsã te
neri inueſtire dictã Lucretiã,eiusq; filios, nã ex quo
emphyteoſis in caſu, de quo agitur, ſolũ intelligitur
conceſſa pro hæredibus ſanguinis,& deſcendentibus
ueluti ſupra ĩ primo dubio latè dictũ fuit, & dixi aliàs
in quæſtionibus familiaribus.q. 17.nec attenditur illa
qualitas, ꝙ ſint hæredes, in renouatione emphyteo-
ſis ob lineã deficientẽ finitę ſi ſuperſint alii deſcendẽ
tes primi conductoris, illi ſunt omnino præferendi
collateralibus,ſi uerò nõ extent deſcendẽtes,ſed col-
laterales tantum,tunc proximiores præferendi erũt,
quamuis non ſint hęredes,cum talis emphyteoſis nõ
ſit hæreditaria,ſed intelligatur conceſſa deſcendenti
bus ſimpliciter,ut ſupra,& ſic ſit ex prouidẽtia domi-
ni,arg.l.cum acutiſſimi.C.de fideic.& l. cum auus.ff.
de condit.& demonſt.quoniam in hmõi renouatio-
ne ſeruanda eſt qualitas,& naturæ primæ cõceſſionis
ut eſt de mente Bar.in d.l.ſi mihi,&Titio,in ult.colu.
cuius dictum ibi cum ſim.hoc modo debet intelligi,
ueluti aliàs conſulendo concordando opiniones in
hoc caſu dicebam.Et conſequenter Lucretia,uel tan
quam filia Leonardi priori emphyteotæ, uel tanquã
proximior ultimi eſt cæteris omnibus pręferẽda.¶Et
ex his remanent reſoluta omnia ſupra in ꝯ̃rium alle-
gata,& maximè illa,quæ voluit Alex.in d.l.ſi mihi, &
Titio,col.pen.in d.§.permittitur.& Moder.in d.c.bo
nę.dicentes,proximiores eſſe renouandos,ſi ſint hæ-
redes ultimi emphyteotæ, ſecus ſi non ſint hęredes,
quia ultra proximè dicta ad fauorem dictæ Lucretiæ
35 † prædicta ſecundum plures non procedunt in em-
phyteoſi eccleſię,ut expreſsè uoluit Ancha.in d.cõſi.
ubi hæres pupillæ ultimi emphyteotæ,qui hæres erat
ex ſubſtitutione,non dicitur habere ius petendi reno
uationem, tũ quia erat extraneus hęres,tum quia nõ
erat de deſcendentibus; ergo idem in caſu noſtro di-
cendum eſt de illis de Caſtello,qui ſunt hæredes ulti-
mi emphyteotæ ex pupillari ſubſtitutione, & ſunt ei
extranei,nõ aũt de illius deſcendentibus. Dictũ itaq;
Alex.& aliorum haberet locum in emphyteoſi priua
ti,qui ſui natura eſt ad hæredes extraneos,& tranſuer
ſales tranſitoria: & ita ẽt debet intelligi id, quod uo-
luit Alex.in conſi.161.lib. 7. quod ſatis clarè demon-
ſtratur,nam ſi emphyteoſis eccleſiæ nondũ finita ſui
natura non tranſit ad hęredes extraneos, ſed ſolũ ad
deſcendentes,& filios,ut ſupra: & conſequenter ſi ex
tranei, & tranſuerſales non poſſunt in ea ſuccedere,
nec renouationem petere, ueluti ſupra in primo du-
bio concluſum fuit,& habetur per Ancha.in d.conſi.
133.multo minus potuerunt,emphyteoſi finita,& ip
ſo iure reuerſa ad eccleſiam, quæ domina pleno iure
per cõſolidationẽ utilis dominij cũ directo eſſet effe
cta,ut ſupra dixi:& tãto magis cum emphyteoſis fue-
rit ex delicto,& dolo etiam finita,ueluti ſupra dixi, &

ideò eccleſia liberam habet poteſtatem diſp[...]
de dicta re,& illam,cui uelit, concedendi [...]
retinendi,neque ob hoc alicui iniuriam infer[...]
riam.§.1.ff. de iniur. nam in re ſua quilibet e[...]
rator,& arbiter l.in re mandata.C.manda.[...]
in d.§.permittitur.reſpondetur eſſe legem [...]
ius diſpoſitio ad damnum, & contra fauorẽ [...]
allegari non põt,ut ſupra dictum eſt.Præter[...]
præſupponit illam eſſe iniuriam largè, & i[...]
nõ aũt ſtrictè ita, ꝙ rationes talis iniuriæ p[...]
lari,quia hoc ibi non dicitur,ut dixit Ioan.[...]
d.l.quod dicitur.ac ẽt in d. c. bonę memo[...]
quoad tertiũ dubiũ dicta ſufficiant. ¶ Ve[...]
mum, quis in iudicio poſſeſſorio intenta[...]
debeat:& præſuppoſito ſecũdũ ea, quę m[...]
proponuntur,intentatum eſſe remediũ po[...]
36 tinendæ,uidelicet interdictum uti poſſide[...]
dicitur eſſe iudicium duplex,quia in eo qu[...]
tur eſſe actor,& reus, & uterque dicit ſe poſ[...]
in §.3.uer.duplicia.Inſtit. de interdic. & ha[...]
in tribus.cum ſi. ff.de iud.& datur etiam poſ[...]
tra illum,qui ipſum inquietat, & turbat in [...]
ſione,ut in l.ſi duo.ff.ſi uicinus.ff.vti poſſide[...]
§.inter litigatores.in uer.affirmat. eo. tit.gl[...]
cauſam.in uer.poſſidetis. extra de probatio[...]
clarat,in quibus caſibus, & pro quibus rebus[...]
tat, & qualiter in eo ſit ferenda ſnĩa, & qu[...]
obtinere, ut habetur etiam in l.ſi duo.in pri[...]
37 poſſid.† Quod in caſu noſtro huic interdicto [...]
detis de iure locus eſſe poſſit inter domina[...]
tiam,eiusq; filios,qui habent iura ceſſa ab[...]
una,& inter ipſam uſufructuariam, & hær[...]
neos ultimi emphyteotæ ex altera, collig[...]
uoluit Bar.in l. 1.§. quod ait prætor.col. p[...]
ſidetis.qui inquit, ꝙ quando emphyteoſis[...]
emphyteota, uel hæres eius, uel alius tãqu[...]
teota uelit in naturali poſſeſſione inſiſtere,[...]
nere, dominus hoc modo in ſua poſſeſſio[...]
& inquietari dicitur, & habet locum interdi[...]
poſſidetis,ut is,qui vult in naturali poſſeſſio[...]
illam reſtituat, & hoc modo ab ea moleſta[...]
turbatione deſiſtat. Facit id, quod habetur [...]
38 re.C.unde ui.† Et hoc in caſu interdictum [...]
etiam effectum reſtitutorium,ut dixit gl.no[...]
§.qui ad nundinas.in gloſa magna.ff.de acq[...]
cui ſimilis eſt gl.in l.ſi naturaliter.§.nihil co[...]
ff.eod.tit.& ſequitur Bart.in l.1. §. interdict[...]
poſſidetis.& habetur per Alexã.in d.§. qui a[...]
nas.colum.9.qu ęomnia procedunt,præſuppo[...]
ciuilis poſſeſſio remanſerit, & ſteterit penes [...]
num,prout præſupponendum eſt, quia de ci[...]
ſeſſione in caſu noſtro non ſit controuerſia, [...]
39 de naturali.Nam † ſi dominus fuiſſet ſua ciuili [...]
ſione priuatus,& ſpoliatus,ut quia uolens in[...]
fuiſſet admiſſus,& ſuſpicatus eſſet ſe poſſe rep[...]
l.aut qui aliter.§.ſi quis. ff. quod ui, aut clam [...]
terdictum uti poſſidetis non competeret,ſed [...]
interdictum unde ui ad recuperandam ciuil[...]
ſeſſionem, qua recuperata poſtea poſſet [...]
uti poſſidetis agi ad recuperandam natural[...]
ſionem, per quam poſſidens ciuiliter diceb[...]
bari, & inquietari in ſua ciuili poſſeſſione, [...]
glo.not.ibique Doctores,maximè Alex. in [...]
lum.in d.§.qui ad nundinas. & ita pertran[...]
de But.& canoniſtæ in c.item cum quis. de [...]
unde cum in caſu noſtro eccleſia domina, p[...]
ciuilis poſſeſſio remãſit, poſt mortem ulti[...]
teotæ non crediderit ſibi ſuper ciuili contro[...]
moueri, nec fuerit rẽ ingredi prohibita, qu[...]
fuit,q eã nõ admiſerit,nec ſe poſſe repelli [...]

cata, ſequitur, ꝗ ſemper ſuam ciuilem poſſeſſionem
retinuit, & in ea permanſit, quoniam hæredes ultimi
emphyteotę, & uſufructuaria ſolum naturalem adi-
piſci, & retinere uellent: ex quo ſequitur, ꝗ nō potuit
competere, nec intentari interdictum unde ui, & poſ
ſeſſoriū reſtituēdę, ſed ſolū interdictū uti poſſidetis,
per ea, quæ uolunt Alex. & alij docto. communiter in
d. §. qui ad nundinas. poſt gl. in 8. & 9. col. & faciunt
not. per Bar. in d. §. interdictū. in uerſi. plus dico. ¶ His
ſtantibus, modo ſuper principali dubio propoſito ui-
detur concludendum, ꝗ ipſa domina uſufructuaria,
cui à Pauloantonio iuniore uſufructus omniū bono-
rū fuit relictus, & hæredes ipſius ultimi emphyteotæ
debeant in hoc iudicio uti poſſidetis contra illos de
40 Gandulphis obtinere, † quia cum ipſa uſufructuaria
fuerit poſſeſſionē naturalem adepta per ingreſſum
rei, iuxta l. naturaliter. in prin. cū ibi not. ff. de acquir.
poſſ. item cum naturalis poſſeſſio per mortem Pauli-
antonij iunioris emphyteotæ uacauerit, & ipſa uſufru
ctuaria ratione ſui uſusfructus rem iſtā emphyteoticā
fuerit ingreſſa animo illam naturalem poſſeſſionem
uacantem acquirendi, item colonus rem illā retinue
rit, eaque uſus fuerit nomine uſufructuariæ, ab ea cō
ducendo, ſequitur, ꝗ ipſi dominæ uſufructuariæ fuit
acquiſita illa poſſeſſio naturalis, quæ per mortem di-
cti emphyteotæ uacans erat. arg. l. qui uniuerſas. §. qđ
p colonum. cum ibi not. per Bar. & alios. & in l. quam
uis. §. 1. de acquir. poſſ. & facit l. cum hæredes. in prin.
ff. eod. tit. Ex quibus infertur, ꝗ ratione ſuæ naturalis
poſſeſſionis, in qua cōtingit uſufructuariam turbari,
& moleſtari, ſibique cōtrouerſiam fieri, competit ipſi
uſufructuariæ interdictum uti poſſidetis cōtra quem
libet turbantem, & moleſtantem, etiam ſi eſſet domi
nus, qui rem ciuiliter poſſideret, ut eſt tex. in l. fi. ibiq;
gl. & docto. ff. uti poſſid. traditur per Bart. in d. l. 1. in
princ. in 2. col. poſt gl. eodem tit. & eſt gl. not. in d. c.
41 licet cauſam. in uer poſſidetis. ¶ Secūdo † ex quo uſu
fructuaria poſt mortem emphyteotæ ſoluit ipſi eccle
ſiæ penſiones per emphyteotam debitas, quas eccle-
ſia ſimpliciter recepit, uidetur ipſa uſufructuaria ab
eccleſia in tali poſſeſſione cōfirmata, & approbata, &
ideò cū fuerit in naturali poſſeſſione ſciēte, & ꝯſentiē
te eccleſia, arg. eorum, quæ habentur per Alex. in cōſ.
14. col. pen. lib. 2. & tex. cum gl. in ver. menſem, ibiq;
Bald. in cap. 1. in tit. quo tempo. mil. in uſu feud. & fa-
ciunt not. per gl. & doct. in l. 2. C. de iure emphyt. ubi
ſi dominus poſt negligentiam emphyteotæ ab eo ca-
nonem debitum pro tempore ſequuto poſt moram
ſimpliciter, & ſcienter recipiat, uidetur caducitatem
remiſiſſe, & emphyteotam in ſua naturali poſſeſſio-
ne confirmaſſe, ſequitur ex hoc, quòd uſufructuaria
nō poteſt in ſua naturali poſſeſſione ab eccleſia, nec
ab alio eius nomine turbari, neq; moleſtari, alioquin
poterit contra moleſtātem, & turbantem interdicto
uti poſſidetis agere, & in eo remedio obtinere debe-
bit, iuxta not. per gl. in d. c. licet cauſam. ibique cano-
niſtæ communiter, & in d. l. fi. ff. uti poſſid. ¶ Tertio
42 † hęredes proprietarij emphyteotæ poſt illius mor-
tem naturalem poſſeſſionem uacātem ſunt ingreſſi,
per quem ingreſſum dicuntur illam poſſeſſionem na
turalem acquiſiuiſſe, argumento d. l. cum hæredes. in
prin. d. l. clam. §. qui ad nundinas. d. l. qui uniuerſas.
§. quod per colonum. & gl. not. in l. fi, C. unde ui. in
uer. quod non ſuum. ubi ſiquis poſſeſſionem uacan-
tem fuerit abſque dolo ingreſſus, non tenetur illa cō
ſtitutione, & conſequenter ſibi eam poſſeſſionem
acquirit abſque uitio: & propterea hæredes proprieta
rij non poſſunt in illa moleſtari, neque turbari, alio-
quin ipſis interdictum uti poſſidetis competeret, ut
in l. 1. & per totum ff. uti poſſid. cum aliis ſupra alleg.

¶ His tñ omnibus minimè obſtantibus, contrarium
eſſe uerius dico, ꝗ in hoc remedio interdicti uti poſſi
detis in caſu noſtro intentato debet ipſa eccleſia ob-
tinere, & cōſequēter do. Lucretia, eiuſque filij de Gā
dulphis, qui ab eccleſia procuratores in rem ſuā con
ſtituti fuerūt, iuxta l. 1. §. qui ſuperficiem. ibiq; Bart.
in fi. verb. ff. de ſuperficie. Ad quod dicendū moueor
43 in primis, † quoniā ex quo emphyteoſis per mortem
Pauliantonij, ſeu eius filij infantis finita eſt, ut ſupra
dictū fuit in ſecūdo dubio, ipſa uſufructuaria, uel hæ-
redes proprietarij naturalem poſſeſſionē uacantē ap
prehendere, & ingredi, ac in illa inſiſtere non potue-
rūt, alioquin clam ab ipſa eccleſia poſſidere dicūtur,
& ſic contingit eccleſiam in ſua ciuili poſſeſſione tur
bari per retentionem naturalis poſſeſſionis. Vnde ec
cleſia, & ab ea cauſam habentes debent in interdicto
vti poſſidetis contra uſufructuariam, & hæredes pro-
prietarios obtinere, ut illam naturalē poſſeſſionem
reſtituant, & ſic ab ea moleſtatione deſiſtant, ut in ter
minis voluit Bart. in d. l. 1. §. quod ait prætor. col. pen.
in uerſi. & eodem modo. ff. uti poſſide. faciunt etiam
ea, quæ habentur per gl. ibique docto. maximè Alex.
in d. §. qui ad nundinas. in 8. & 9. col. cū aliis iā ſæpius
44 allegatis. † ubi ingreſſus naturalē poſſeſſionē uacan-
tem abſentis dicitur clā poſſidere naturaliter ab ipſo
abſente, & illum abſentem in ſua ciuili poſſeſſione
turbare: ratione cuius turbationis poteſt contra eum
interdicto uti poſſidetis agi, ut ab illis turbationibus
deſiſtat, & naturalem poſſeſſionem habenti ciuilem
reſtituat, & aliter à turbationibus, & moleſtationibus
deſiſtere non diceretur, ueluti eſt etiam de mente gl.
in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſ-
45 ſio. Prædicta † confirmatur per textum in l. non ab
re. C. unde ui. & per ea, quæ habentur in l. pen. ubi bo-
nus tex. C. locat. ubi ſi finito locationis tempore, uel
aliter locatione finita, conductor, uel eius hęredes
rem reſtituere denegauerint, poſſunt iuris remediis
compelli, & maximè remedio dictorum iurium ad
rem reſtituendam, & ulterius erunt puniēdi, ut ibi di-
46 citur. Facit etiam id, † quod habetur in d. l. fi. C. unde
ui. ubi ingrediens poſſeſſionem uacantem, quam ad
ſe non pertinere ſciat, uel ſcire debeat, tenetur illam
reſtituere, & relaxare, ac ulterius etiam punitur: dicit
que ibi Bart. diſpoſitionem illius tex. procedere etiā,
quando ſola naturalis poſſeſſio uacaret, ut quia ani-
mo quis rē ciuiliter poſſideret, ſed naturaliter nullo
modo, & alius poſſeſſionem illam naturalem uacan-
tem fuiſſet ingreſſus, nā poterit agi, & puniri, prout
in d. l. fi. tenendo illam opinionem ueriorē, ꝗ plures
ſint poſſeſſiones ſpecie differentes, uidelicet ciuilis,
& naturalis: & ſufficit, ꝗ ingrediens crediderit illam
poſſeſſionem ad ſe ſpectare non motus iuſtis, nec ra-
tionabilibus cauſis, quia lex dolum in ipſo præſumit,
47 ut ibi ſubdit Bart. in d. l. fi. † ꝗ ſiquis rem ad ſe ſpęcta-
re crediderit, motus iuſtis rationibus, cū uerè, & de iu
re ad cū nō ſpectaret, & illius poſſeſſionē uacantē fue
rit ingreſſus, q̄uis diſpoſitione. d. l. fi. nō teneatur, ne
que puniatur, tamē ad reſtitutionē rei & poſſeſſionis
occupatæ relaxationē tenebitur p remediū l. inuaſor.
in fi. C. unde ui. quæ oīa in terminis noſtris ſunt benè
notāda. ¶ Secūdo principaliter prędicta corroboro:
nā p̄ſuppoſito pro uero, prout verū eſt, ꝗ in caſu no-
ſtro eccleſia in ſua ciuili poſſeſſione turbari dicat̄ per
apprehenſionē naturalis poſſeſſionis uacātis, quam
uſufructuaria, & hęredes proprietarij fecerunt, finita
48 emphyteoſi p mortē emphyteotę, dico, † ꝗ ipſi eccle
ſię, & habētibus cauſam, ac iura ceſſa ab ea, nō ſolū p
remediū iuris agēdo interdicto vti poſſidetis vt s̄. ſuc
curritur, ſed ēt remedio facti, & ſic uia extraiudiciali,
ac extraordinaria, q̄a licitū eſt ipſis ꝓpria autoritate
poſſeſſio-

poſſeſſionē nanciſci, & illū, qui naturalē poſſeſſionē
fuit ingreſſus, ui expellere, atq; eiicere, ut uult gl. quā
ſic Bart. declarat in l. 1. §. interdictum. in fi. 1. col. ff. vti
poſſide. ubi Bart. hoc confirmat, & ſequitur, & idem
uoluit Alex. in l. quemadmodum. ff. de acq. poſſeſſ. nā
unicuique iniuriam propulſare licitum eſt. l. ut uim.
ff. de iuſtitia, & iure. & l. 1. C. unde ui. & non eſt dubiū,
ꝙ per retentionem illius naturalis poſſeſſionis domi
nus in ſua ciuili poſſeſſione turbatur, & ſic fit ei iniu-
ria, quā merito pōt in continenti propulſare, & incō-
tinenti ſemper fieri dicitur, ex quo dominus turba-
tur, & ingreſſus naturalem poſſeſſionem, dum illam
retinet, in actu turbandi eſſe dicitur: ergo dominus
ſemper illum propria auctoritate deijcere poteſt. Præ
terea illud, quod fit in re mea à me poſſeſſa, per quod
mea poſſeſſio inquietatur, poteſt mea auctoritate tol
li. l. ſi in rē. §. qui ad iniuriam. ff. quod ui, ut clā. l. quē-
admodū. §. 1. ff. ad l. aquil. ergo cū vſufructuaria, & hę
redes proprietarij p̄dicti, finita emphyteoſi, dominū,
hoc eſt eccleſiā turbent in re ſua à ſe ſaltem ciuiliter
poſſeſſa, dominus, ſiue eccleſia poterit illā turbatio-
nē propriá auctoritate expellere: dicitq; Bart. in locis
præallegatis ſe per has rationes putare, hoc eſſe ueriſ-
ſimū, & ita ſequitur Alex. dicens hanc eſſe cōem opi-
nionē in d. l. quēadmodū. & facit id, quod not. Bar. in
l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nun. Sed in caſu noſtro
dicti de Gandulphis p̄p iura ſibi ab eccleſia ceſſa, im-
mò eccleſia propria auctoritate, itē etiā auctoritate
iudicis fuerūt naturalē dictæ rei poſſeſſionē ingreſſi,
ergo illa naturalis poſſeſſio ipſi acquiſita dicitur, qm̄
de iure ipſis licitū fuit propria auctoritate ab illa na-
turali poſſeſſione dictā vſufructuariā, hæredeſq; pro-
49 prietarios excludere, & eam retinere † abſq; eo, quod
vſufructuaria, & hæredes prædicti poſſint illā per ali-
quod iuris remediū recuperare, ut per Bar. in d. l. 1. §.
interdictum: pro quo facit id, quod not. uoluit Alex.
in d. §. qui ad nūdinas. in 2. & 3. col. dicens, ꝙ ſi in ter-
minis d. §. qui ad nundinas. quis fuit ingreſſus natura-
lem poſſeſſionē uacantem ēt iudicis auctoritate, ni-
hilominus dominū in ſua ciuili poſſeſſione turbare
dicitur, & ideò ↄ̄ eum pōt agi uia iuris, videlicet in-
terdicto uti poſſidetis, uel uia facti, videlicet quia ci-
uiliter poſſidens pōt propria auctoritate naturalē poſ
ſeſſionē adipiſci, & ingreſſum impunè expellere: ita
dixit, & uoluit Alex. ibi, quicquid Ang. in ↄ̄rium uo-
luerit, & idem ſequitur Io. de Imo. in l. à diuo pio. §. ſi
poſt aditum. ff. de re iudica. qui benè adductis per An
gelum reſpondet: & hanc opinionē dicens illam eſſe
cōem tenet idem Alex. in d. l. quemadmodū. ¶ Nec
obſtat, ꝙ licitum non ſit propria auctoritate illū ex-
pellere, qui etiam clā, ſeu vi poſſeſſionem fuit ingreſ-
ſus, ut in l. ſequitur. §. ſi occupaueris. ff. de vſucap. & l.
ſi quis in tantam. C. unde ui, cum prædio etiam ſit in
ſua poſſeſſione tuendus. c. in literis. cum ibi nota. de
reſtitu. ſpoliat. & ita in terminis noſtris tenet Dyn. in
d. l. 1. §. interdictū. & in d. l. 1. C. unde ui. & facit, quod
voluit glo. ferè in terminis in c. licet epiſcopus. de p̄-
50 ben. in 6. quia reſpondetur, † ꝙ non eſt licitum expel-
lere illum, qui clam fuit ingreſſus poſſeſſionē rei om
nino vacantem, quā nullus alius aliquo modo nec ci
uiliter, nec naturaliter poſſidebat, & ita intelligatur
id, quod voluit Dyn. cum aliis proximè allegatis. Sed
ſi quis clā fuiſſet ingreſſus poſſeſſionē non omnino
vacantē, ut quia alter ciuiliter poſſideret, & is natu-
ralem poſseſſionē vacantē fuiſset ingreſsus, & tunc
poſſidens ciuiliter poſset propria auctoritate illū ex-
pellere, qui naturalē fuerat ingreſsus, & ſic eum dicta
naturali poſseſſione priuare, & non ècontra per p̄di-
cta: & ita declarat Bart. in d. §. interdictum. in verſi. cō
tra &c. Confirmantur hæc ex illis, q̄ uoluit idē Barto.

in d. l. 1. §. quod ait p̄tor. colu. 2. in verſ. & ex hi
& in 2. col. uer. uideamus. ff. uti poſſidetis. ¶
ſtat, ꝙ finito uſufructu dominus propria a
non dēt uſufructuarium à ſua naturali poſſ
cere, ſed ꝑ uiam iuris, & citatione præmiſſa,
gl. in c. licet epiſcopus. de præb. in 6. quia ri
51 mo, † ꝙ illa gl. loquitur nō de poſſeſſione
ſius rei, de qua nos loquimur, ſed de quaſi p
ne iuris uſufructus, qua uſufructuarius nō p
citatione, ſed uia iuris præmiſſa priuari, n
auctoritate, & de facto, ut ibi, & rō diuerſ
poſſeſſionē naturalē rei, et quaſi poſſeſſio
fructus aſſignari poſſet, ſed pro nunc omi
cundo poſſet reſpōderi, ꝙ illa gloſa loqu
fructuario, qui ante finitū uſumfructum
& ſic iuſtè poſſidebat, nos aūt in hærede
rii, qui finito uſufructu clā naturalē poſſ
ingreſſus. Prima reſponſio magis placet. ¶
52 uertendum eſt etiam in terminis noſtris, †
cleſia tempore, quo inueſtiuit, & renouauit
cretiam, eiuſq; filios, ipſa rem emphyteoti
poſſidebat, niſi ciuiliter, qm̄ naturalis poſſ
ut aſſeritur, fuerat per uſufructuariā, hered
tos occupata, ꝙ eccleſia conſtituendo ſe in
to īueſtituræ, & renouationis poſſidere no
Lucretiæ, & filiorū, per quod conſtitutum ſ
poſſeſſio transfertur, quæ tēpore conſtituti p
ſtituentē reperitur, ut habetur in l. quāuis. §
interdū. ff. de acquir. poſſeſ. non dicitur in p
Lucretiam, eiuſq; filios tranſtuliſſe poſſeſ
ralē, quæ penes eccleſiam non erat, ſed ap
ctuariam, & hæredes prędictos. Secus ſi po
turalis fuiſſet uacans, quia illam per conſ
ctum trāſtuliſſe diceretur, quamuis eam
habuiſſet tempore conſtituti: ut colligitur
uoluit Alex. in d. l. interdum. in fi. & ita decla
rari uerba Bar. in d. l. interdum. in fi. & in l. qu
in prin. ff. eod. titu. de acquir. poſſeſ. Illo
quo dominus ſolum ciuiliter rem poſſidebat
conceſſionis, & alius naturaliter, ſi dominus
mento conceſſionis conſtituat ſe nomine em
tę poſſidere, quamuis, ut ſupra dictum eſt po
nē naturalē in emphyteotam non transferat
lē ēt, quia non habuit intētionē illam transfe
penes ſe retinēdi per Bartolū ī locis præalleg
ximè in d. l. interdum. in fin. tamē per huiuſm
ſtitutum uidetur dediſſe emphyteotæ poteſta
cētiam illā naturalē poſſeſſionē apprehend
quocunque eam habēte acquirēdi, & conſeq
medio tàm iuris, quàm facti, prout ipſa eccle
re poterat, ut dictum fuit, & uoluit Alex. in d. l.
dum in fi. quę in terminis noſtris ſunt bene no
¶ Ex quibus omnibus infertur, ꝙ Domina Lu
eiuſque filii in naturali dictæ rei poſſeſſione p
eſſe dicuntur, & debent in interdicto uti p
obtinere contra uſufructuariam, heredeſque
ctos, dato, ſed non conceſſo, quòd etiam p
rint in dicta naturali poſſeſſione, illamque ap
derint, cum per huiuſmodi apprehenſione
tur eccleſiam in ſua ciuili poſſeſſione turba
quę pleniſſimè dicta fuerunt. ¶ Non obſta
adducta ſupra primo loco pro contraria o
quæ licet ex præmiſſis ſatis ſublata dicantur,
ſpecialiter reſpondendo dico primo loco a
non obſtare, uidelicet quòd uſufructuaria, q
ralem poſſeſsionem fuit adepta, & quę na
tantum poteſt poſſidere iuxta d. l. naturalit
cip. non potuit neque poteſt in dicta ſua poſ
ne turbari, alioquin ēt contra dominum, d
tem ciuilē poſſeſsionē poteſt interdicto uti p

ris agere,& obtinere,ut ſupra dictum eſt,quia reſpon
deo in primis † hoc uerum eſſe, quando uſufructua-
rius naturaliter iuſtè poſſideret, non autē ui, nec clā,
nec precario ab ipſo domino ciuiliter poſſidente: ita
procedat.d.l.fi.ff.uti poſſid.& glo.in d.c.licet cauſam.
in uer.poſſidetis. & hæc eſt regula uera, & infallibilis
in materia poſſeſſorij retinendæ, ꝙ etiam ille, qui in-
iuſtè poſſidet, debet obtinere, dummodo non poſſi-
deat clam, ui, uel precario ab aduerſario, nā ſi clam,
ui,uel precario poſſideret, nō poteſt in hoc remedio
obtinere,ut eſt tex.in l.1. in prin. & in fi.cū ſequen. ff.
uti poſſid.& in d.c.licet cauſam. cum ibi not.Sed ī ca
ſu noſtro uſufructuaria poſſidet rē naturaliter, & hę-
redes proprietarii ſimiliter poſito, ꝙ naturaliter ante
illos de Gandulphis poſſederint, clam ab ipſa eccle-
ſia,quæ ſua iura illis de Gandulphis ceſſit,eos procu-
ratores in rem ſuam conſtituendo, eiſq; dando licen
tiā apprehendendi,& à quocunque acquirendi natu-
ralē poſſeſſionē,ut ſupra dixi, ergo uſufructuaria, &
hæredes prædicti non poſſunt aduerſus illos de Gan-
dulphis ī hoc ītердicto uti poſſidetis obtinere. Quòd
autem dicantur ui,clam,uel precario poſſidere ab ec
cleſia, & conſequenter à dictis de Gandulphis pp iu-
ra ceſſa,colligitur clariſſimè ex iis, quæ uoluit Bart.
in d.l.1.§.ꝙ ait prætor.col.pen.dicens,ꝙ ſi emphyteo
ſi finita,emphyteota, uel eius hæredes in naturali poſ
ſeſſione inſiſtāt,ab ipſo domino ui,clam, uel p̄cario
poſſidere dicūtur,& per hoc illum in ſua ciuili poſſeſ
ſione turbare,& interdicto uti poſſidetis tenētur,ut il
lā naturalē poſſeſſionem reſtituant, & ſic ab illa mo-
leſtatione deſiſtant,ad quod facit d. l.nō ab re.& d. l.
pen.C.locati.cum ſimilibus.Secundo reſpondeo, † ꝙ
ex quo per mortē Pauliantonij, & eius filii infantis
finita fuit emphyteoſis propter lineā deſcendētiū fi-
nitā, reſpectu huius rei emphyteoticæ ēt ius uſusfru-
ctus dicitur extinctū, & finitum, quia uſusfructus ad-
hærebat utili dominio, & naturali poſſeſſioni ipſius
emphyteotæ,q uſumfructū reliquit. Vnde reſoluto iu
re emphyteotæ reſoluitur ius uſusfructus, & uſufru-
ctuarij, qa reſoluto iure datoris reſoluitur ius acce-
ptoris.l.lex uectigali.ff.de pigno.c.nuper.de dona.in-
ter uir.& uxo.cum ſimilib.allegatis per Pet. de Anch.
in ſæpe allegato conſi.133.plenè, & ſubtiliter &c. qui
hoc in terminis uoluit:quare ſi finita emphyteoſi, &
cōſequenter illius uſufructu, uſufructuarius uelit in
ſua naturali poſſeſſione ſtare, dominū, hoc eſt eccle-
ſiam in ſua ciuili turbare, & ab ea clā, uel ui naturali-
ter poſſidere dicitur, & ideò nō pōt in interdicto uti
poſſidetis obtinere,ſed tenetur illā poſſeſſionē natu-
ralē reſtituere,& ſic ab illa turbatione, & moleſtatio-
ne deſiſtere:ita in terminis uoluit Bar. ī d.§. quod ait
p̄tor.col.pen.in uer.eodē mō, dū inquit,eodē mō di-
co in cōductore ad nō modicū tp̄s, uel emphyteota,
uel ſimil.uolens ſub illo uerbo ſimilibus cōprehende
re ēt uſufructuariū,qui in hoc eſt ſimilis,ut colligitur
ex iis,q̄ ſupra dixerat exēplificādo ſemper de emphy
teota, de conductore ad non modicū tp̄s, & de uſu-
fructuario,qui ſunt ſimiles, & colligitur ēt ex iis,quæ
ponit glo.in l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.poſ. & in l.
ſicut certo.§.ſi duobus uehiculū.ff.cōmodati. Præte-
rea & tertio † Paulusantonius ultimus emphyteota
ſimpliciter relinquendo uxorē ſuā uſufructuariā om
nium bonorū,ut in eius teſtō, non dicitur reliquiſſe,
nec uoluiſſe relinquere uſumfructū huius rei emphy
teoticæ, argumento eorū, quæ habentur per Bart. &
docto.per illum tex.in l. ſi domus.in fi. ff.de leg. 1. &
melius ex quo uſusfructus incipere debebat poſt mor
tē Ioānis Franciſci infantis filii dicti Pauli antonij te-
ſtatoris,ueluti in eius teſtō continetur,& ſic eo tēpo-
re,quo extingui debebat, qa tūc ius emphyteoticum
erat extinguendū,ut dictū eſt poſt Pet.de Anc. ſequi-
tur, ꝙ reſpectu dictæ rei nō pōt dici relictus uſusfru-
ctus ipſi uxori uſufructuariæ, qa nō pōt ille uſusfru-
ctus dici relictus,qui debet eo tēpore incipere, quo fi
niri, & reſolui debet. l. titio.ff.de uſufruc. & l. uſum-
fructum.cū ibi no.ff.de uſufr.lega. ¶ Secundo princi-
paliter non obſtat, ꝙ poſt mortē emphyteotæ eccle-
ſia ab uſufructuaria pēſiones debitas ſimpliciter rece
perit abſq; reſeruatione iuriū, & ſine ꝑteſtatione, ex
qbus ipſa uſufructuaria uidetur ab eccleſia in ſua na-
turali poſſeſſione recognita, & cōfirmata per ea,quæ
56 ſupra allegaui:quia reſpōdetur primo, † ꝙ dicta ſolu-
tio, & receptio penſionis ſimpliciter facta operatur
recognitionē, & confirmationem, ſeu nouam tacitā
conceſſionem, quando eccleſia recepiſſet ſolutionē
penſionum tēporis futuri, ſeu ſequentis poſt mortē
emphyteotæ,ſecus ſi præteriti temporis, prout in ca-
ſu noſtro, nā tunc talis receptio ſoluenti nō prodeſt,
nec quicquā operatur ſecundū Pet.& Bar.in l.2. C.de
iure emphyt.& Ant.de But.in d.c.potuit.de loca. ibi-
que alii doct.& facit.l. pen.ubi caſus.ff. loca. & ita eſt
de mēte Alex.in d.cōſ.14.lib.2.Secūdo reſpondeo,ꝙ
p̄dicta poſſent procedere, quando is, qui poſt mortē
emphyteotæ penſionē recepiſſet, ſciuiſſet emphyteo
ſim eē finitā,& rē ipſo iure ad eccleſiā deuolutā, aliàs
minimè, arg.tex.ibique Bal. cū gl.in d. c.1.quo tēpo.
mil.& faciunt in ſimili no.per Dy.Bal. & Ioā.de Imo.
in l.mæuius.§.duobus.ff. de leg.2.per Spec.in d. tit.de
loca.in §.nunc uero aliqua.uerſi. 24. & per Alex. in d.
conſi.14.ſed non apparet in caſu noſtro,ꝙ is,qui pen
ſiones præteritas recepit, ſciuerit emphyteoſim eſſe
finitam,& in dubio præſumitur ignorantia. l. uerius.
ff.de probatio.l.fi.ff. pro ſuo, ergo &c.Hæc reſponſio
colligitur ex iis,quæ uoluit Alex.in conſi. 106.in 5.co
lum.lib.3.Sed prior,ac ſequens ſolutio magis placēt.
57 Tertio reſpondeo, † ꝙ ex quo ſumus in emphyteoſi
ab eccleſia regulari conceſſa,ſyndicus, & prælatus ec
cleſiæ ſimpliciter, ac etiam ſcienter recipiendo non
potuit eccleſiæ, & iuri ipſi acquiſito præiudicare, ut
uoluit glo. in d.c.potuit. quæ maximè ſecundum Io-
an.de Imo.& alios in prælato, ſeu adminiſtratore ec-
cleſiæ collegiatæ eſt cōmuniter approbata, prout ita
ēt not.uoluit Alex.in d.conſi. 106.col. 5. ¶ Tertio prī
cipaliter non obſtat,ꝙ hæredes proprietarij poſt mor
tē ultimi emphyteotæ fuerint naturalē rei poſſeſſio-
nem ingreſſi,quia ex p̄dictis reſpōſum apparet,prout
dixi in perſona uſufructuariæ,& ex ibi dictis plenè col
ligi poteſt.Præterea nō apparet,ꝙ dicti hæredes natu
ralē poſſeſſionē prius fuerint ingreſſi,quā eccleſia, &
quā domina Lucretia, eiuſq; filij: immò apparet, ec-
cleſiam,& dominam Lucretiam, eiuſque filios ratio
ne inueſtituræ eis factæ,& licentiæ datæ in inſtrumen
to cōceſſionis prius fuiſſe naturalem poſſeſſionē in-
greſſos:& poſito, ꝙ appareret de priori poſſeſſione p̄
dictorum hæredum,ea ipſis non opitulatur, maximè
in hoc remedio intentato, ut ex p̄miſſis cōſtat. ¶ Su-
pereſt alia difficultas in caſu, quo appareat de aliena-
tione partis rei emphyteoticæ per emphyteotā facta
tanquā de re propria,& allodiali,nō autem tanquam
de re emphyteotica,& ſic nō reſeruato iure eccleſiæ,
nec de licentia,& ſcientia eccleſiæ,an emphyteota di
catur ab emphyteoſi ipſo iure cecidiſſe, & in totū, an
ꝑ parte:& nō diſputatiuè, ſed concluſiuè procedēdo,
58 dico, † ꝙ propter alienationem partis rei emphyteo
ticæ factā ab emphyteota,irrequiſita eccleſia,& abſq;
reſeruatione iurium ipſius, emphyteota ipſo iure ab
emphyteoſi cadit,etiam ſi rem, uel eius partem alie-
naſſet tanquam emphyteoticam, ſequuta tamen do
mini declaratione,ut habetur in d. c.potuit.& in l. ſi.
C.de iure emphyt.immò Alex.in conſi.43.lib.3. ipſo
iure

iure cadit à iure ſuo abſque eo, quòd aliter citetur,
uel requiratur, & ſic abſque alia declaratione, ut de-
clarat Bal.in c.quæ in eccleſiarum.col.11. de conſtit.
& ita uoluit glo.communiter approbata in d.l.fin.ut
59 per Antonium de Butr. in conſi. 22. † multo magis
ergo hoc eſt dicendũ, quando emphyteota nõ ut em
phyteota, ſed ut plenus dominus rẽ, ſeu partẽ rei em-
phyteoticæ vendidit, & ſic animo ipſi eccleſiæ totali-
ter præiudicandi, ut uidetur probare text.in d.l.fin.&
Alex.in l.ſi domus. in fi. in penultima columna, dicit
Baldũ in l.uſusfructus.ff.ſol.matr. & in c.1.§.donare.
quali.ol.feu.alie.pot.voluiſſe, quòd emphyteota alie
nando rem ſimpliciter, ut ſuã, & ſic animo præiudi-
cãdi in totum domino, ſiue eccleſiæ propter delictũ
iure ſuo priuatur: pro quo facit, quia ſic alienando di
citur tunc re locata malè uti, & tribuit emptori cauſã
cõtra eccleſiã præſcribendi, & ideò merito debet à iu
re ſuo expelli, auth.qui rem.C.de ſacroſanct. eccle.&
faciunt not.per Matheſil.& Bal.in l.ædem.col.1. C.lo
60 ca.& per eundem Bal.in d.l.ſi domus. Et † in dubio rẽ
ſimpliciter vendendo cenſetur rem emphyteoticã in
totum, & pleno iure uendidiſſe animo in totũ ipſi do
mino, & eccleſiæ præiudicandi, non aũt cenſetur vo-
luiſſe ſolũ vendere ius, quod is in re habet, ut tenent
cõiter doctores, veluti refert Alex. in d. l. ſi domus.in
fi.in prin.2.col.& Sal.in d.l.fi.col.3.C.de iure emphy-
teo.& in l.1.in fin.C.de contrahen. empt. niſi dixiſſet
ſe, ut emphyteotam uendere, ut per Salicetum ibi.
61 ¶An † autẽ rem pro parte tantum alienãdo cadat ſo
lum ab illa parte, an uerò à tota emphyteoſi, Alex.in
conſ.99.lib.5.in fi.uidetur uelle, ꝙ ſolum pro illa par-
te cadat, ut uoluit Raph.Cum.in l.quidã in iure. §.do
nationem.ff.de donatio.per plura, quę Alex. & Cum.
ibi allegant: quod ſaltẽ uerum eſſet in conceſſione fa
cta ab eccleſia, ut no.Bal.in c.1.in §.ſi uerò.qualit.feu.
olim alien.pot.& benè facit id, quod habetur in c.tuã.
de pœnis.& probatur ex not.per Bal. in d.l. ędem.co-
lumna ultima.in uerſi.ſed quid.& faciunt not.per ip-
ſum Baldum.in c.1.§. callidis. ibique glo. de prohib.
feu.alien.per Federicum: ſed aduertas, quòd Alexan.
Cuma.Bal.& glo. in locis proximè allegatis loquun-
tur quando quis partem rei emphyteoticæ, ſeu feuda
lis, ut emphyteota, ſeu ut uaſallus uendidit, nõ ſerua-
ta forma iuris, & ſic irrequiſito domino, ſeu eccleſia,
iuxta d.l.fin.& d.c.potuit. At caſus noſter eſt, quando
emphyteota rem, ſeu rei partem uendidit non ut em
phyteoticam, ſed ut ſuam propriam pleno iure, & ſic
animo ipſi eccleſiæ, & domino in totum præiudican
di, & tunc uidetur, quòd in totum ipſo iure à tota re
cadat, ut uidetur uelle Alex. in d. l. ſi domus. in fin.in
penultima columna. cuius rationes optimè faciunt,
& hoc inferunt, & ita uidetur uoluiſſe Bald.in d.§.cal
lidis.limitando ea, quæ prius attenta diſpoſitione, &
opinione canoniſtarum dixerat: & quòd emphyteo-
ta alienando partẽ rei ut ſuã, & ſic animo in totũ ec-
cleſiæ præiudicandi, re ipſa totaliter priuetur, uoluit
Bal.in c.1.§. aut libellario. col.1. quibus modis feud.
amitt.in c.1.col.2. de uaſal. qui contra conſtit. Loth.
per Ioannẽ Andream in c.2.extra de feu.& in d.§. cal
lidis.& in c.1.in 2.col.de alie.feu.per Ioannẽ Fabrum
Inſtit.de leg.§.ſi uerò quis partem.& eſt bonus textus
in d.l.quidã in iure.§.donationẽ.ubi Bar.notat.& quã
uis Io.And.in d.c.2.& Bal.in locis præallegatis, maxi
mè in d.§. callidis.uideantur uelle, ꝙ de æquitate ca-
nonica ſolũ ab illa parte cadat, tamen loquũtur in ca-
ſu, quando ut emphyteota uendidiſſet, ut ſupra dixi.
Ergo ſtabit concluſio, qđ uendendo etiã partẽ rei tm̃
ut ſuam, & ſic cum totali eccleſiæ præiudicio, in totũ
emphyteoſi priuatur. ¶Adde ultimo loco unum, ꝙ
62 † ex quo finita fuit emphyteoſis propter li…
dentiũ finitam, & ſic res ipſo iure ad eccl…
uerſa, ut ſupra ſæpius dictũ eſt, emphyteo…
des ſui propter melioramenta in ipſa re ſi…
ſunt rei retentione uti, ſed debent ab ipſo…
ab eccleſia melioramẽta petere, ut uolu…
Bar.in l.colonus.ff.unde vi. Nec obſtat id…
tur in c.1. ibique Abb. & alii extra de re…
integrũ. & in l.penultima.ff.locati.quia…
cedunt in ſimplici colono, & non in em…
hæc quoad præſentẽ conſultationem di…
Laus Deo.

## *SVMMAE.*

1 *Emphyteoſi finita ob lineam deficientem, eccleſia…*
*tes tantũ primi conductoris renouare tenetur…*
2 *Et ſecundum alios agnatos quoque collaterales pr…*
3 *Et ſecundum aliquos agnatos proximiores, ſiue coll…*
*ue deſcendentes, ita demum, si hęredes ultimi e…*
*rint, adeò quòd si extranei eſſent hæredes inſtitu…*
*ferentur.*
4 *Concordantur opiniones prædictæ, & num.8.ubi ple…*
*Et an in hoc differẽtia ſit inter emphyteosim priuati…*
*sim ecclesię, num.6.*
5 *In renouatione emphyteosis agnatis proximiorib. fa…*
*nitã ſemꝑ eſt cõſiderãda natura, et qualitas prim…*
7 *Iura ciuilia generaliter loquentia, & in æquitate f…*
*in eccleſijs locum habent.*
8 *Emphyteosis eccleſiæ conceſſa pro ſe, filijs, et nepo…*
*& deſcendentibus uſque in tertiam generation…*
*neam deficientem, si ſuperſint alij deſcendentes…*
*ris, illi, quamuis non ſint hæredes, collateralibus…*
*di, his uerò non extantibus proximiores coll…*
*etiam nõ hæredes admittuntur, & extranei…*
*in caſu renouari non debent.*
9 *Secus, ſi conceſſa ſit pro filijs, & deſcendentibus…*
*tunc non admittuntur, niſi illi, qui ſint hæredes.*
10 *Et hoc in caſu etiam hæredes extranei non admitt…*
11 *Emphyteoſis priuati eſt ad extraneos hæredes tra…*
*ta ob lineã deficiẽtẽ ij, qui ſint ultimi emphytea…*
*tranei, agnatis etiam proximioribus non hæred…*
12 *Proximitas reſpectu cuius ſit attendenda, an primi…*
*ultimi decedẽtis, quãdo proximiores ad aliquam…*
*ſunt admittendi.*
13 *In conceſſione emphyteoſis eccleſiaſticę ſi adiectum…*
*uerbis, quòd ſi finita fuerit eius tertia generatio…*
*bati concedenti pro Abbatia retinere, uel pro libi…*
*tis alteri concedere, pactum iſtud quomodo ſit int…*
14 *Cõceſſionem eſſe fruſtratoriam magis eſt tollerandum…*
*alteri præiudicium iniuſtè inferatur.*
15 *Verba aliàs liberã uoluntatẽ importantia arbitriũ b…*
*ficant quãdo illis uerba arbitriũ boni uiri denota…*
16 *Verbum licet eſt significatiuum arbitrij boni uiri, &…*
*iure regulatę, & ad æquitatem refertur.*
17 *Verbum licentia debet intelligi de uoluntate non…*
*regulata.*
18 *Pactum factum in terminis, in quibus ius diſponit, debe…*
*terminis iuris communis intelligi.*
19 *Pactum inter eccleſiam, & emphyteotam, quòd em…*
*sit rem, cui uoluerit, uendere, debet intelligi de co…*
*siæ dominę, & cum eius licentia.*

## EPITOME.

Emphyteoſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe…
nepotibus, finita ob defectum generatio…
agnato proximiori renouari, etiam ſi ultimi…
tis hæres non fuerit.

Et ſtante pacto, quòd ſi finita fuerit terti…
tio, tunc liceat Abbati concedenti pro A…
tinere, uel pro libito uoluntatis ſuæ alteri…
dere, non intelligitur, quòd poſſit, cui uel…
dere, ſed, quòd pro libito uoluntatis ſuę pro…